Pars prior (*a*) tituli est Celticus lectionis satis certae: CAMA-VII.. | SIVSANNITI | IOBIRTII (XOBIRTII?)-M|OVNO · (Plicque: GALIA-NIM.. LIVSANNITI XOBIRTV· | MOINO male). In fine versus quarti non littera, sed signum interpunctionis maius (folium hederae?) videtur esse. Partis secundae (*b*) versus primus prorsus evanidus est; desideratur figuli nomen, nam sequitur *ofic*(*a*) Ex titulis aliis Celticis similiter compositis (v. supra n. 2638. 2733. 2880, inprimis illum cacabo aeneo inscriptum n. 5468: *Doiros Segomari* (*servus Alisanus*) colligi potest etiam nostrum continere 1. nomen dedicantis cum patronymico, 2. dedicationis formulam, 3. nomen dei, cui votum fit. *Mouno* redit in titulo sacro Britannico VII 337: *deo Mouno* (cf. *Mogounus* Apollinis Grani cognomen supra n. 5315); *ioberte* vocabulum Gallicum adhuc ignotum conferendum videtur esse cum *iouru* = *fecit* vel *vovit*. Titulus igitur explicari potest: *Calia Va .. biuxanniti* (*filius* vel *filia?*) *fecit* (vel *vovit*) (*deo*) *Mouno*. [*Figuli illius*] *officin*(*a*). Titulum similem Latinum in vasculo alio ornato post argillam coctam stilo scriptum: *Sammonius Bellinus Fo*[*rtunae? ex voto?*]*o posuit* infra inter reliqua scariphata edemus; cf. supra Tabernensem n. 6066 et Novaesii repertum p. 86 commemoratum.

20 vasis rubri fragmentum. Lezoux [St.-Germain mus (coll. Plicque)].

Bohn descr. ex ectypo gypsaceo, de Ricci misit.

b post A para sinistra litterae incertae.

21 [Speier mus. (coll. Heidenreich)].

Zangemeister descr. Harster p. 44.

22 Zugmantel in castello [Homburg ap. Jacobi]



Zangemeister descr. H. Jacobi misit.

23 [Mainz mus. ex. H].

Zangemeister descr. utrumque.

interced(*ere*) *noli viat*(*or*) Zangemeister dubitans explicat; [*viat*(*oribus?*) O. H.].

24 Rheinzabern rep. a. 1901 [Speier mus.].

litt. ext. inter ornamenta (in forma stilo ser. erat dextrorsum)

Grünenwald misit ectypum.

te dum (*tenuam*, cf. XII 5687, 36 vel similiter) *e digna!*

25 vasis rubri ornati fragmentum [Bordeaux *coll. de Puifferrat*].

Jullian II n. 874.

Propter litterarum formam Jullian vas non ante saeculum quintum factum esse indicat.

C. *Tituli varii.*

Vascula hoc capite composita forma globosa interdum lenticulari tribus ansis totidemque clipeis forma expressis ornata eiusdem generis sunt, atque ea, quae Arausione et Vienna reperta Hirschfeld in huius corporis vol. XII n. 5687, 1—49 edidit. Exempla nostra Lugduni in ea regione q. d. *Trion* una cum permultis cretaceis aliis eruderata Allmer et Dissard in libro qui inscribitur *musée de Lyon* vol. IV n. 300 diligentissime tractaverunt.

Talia figlina et ex officinis Coloniae et Treveris constitutis prodiisse formae clipeorum cretaceorum in his oppidis detecta demonstrare videntur. Num has formae omnes vasis ornandis destinatae fuerint, ideo dubitari potest, quod praeter vascula in modum Viennensium et Lugdunensium ornata et clipei cretacei extant separatim expressi, vasculis non affixi.

Tituli ita dispositi sunt, ut primo loco stent, qui ad deorum heroumque fabulas pertinent (n. 5—14), secundo, qui Caesaribus dedicati videntur esse (n. 15—19), tertio, qui ad gladiatorum et aurigarum pugnas (n. 20—28) et res amatorias (n. 29—31) spectant; sequuntur tituli inutili generis incerti, denique notum illud vas Decebali nomine inscriptum, quod quamquam totum forma expressum et iis simile, quae in capitibus duobus praecedentibus edita sunt, hoc loco proferre melius visum est. Antecedunt paucae clipeorum formae (n. 1—4).

a) clipeorum cretaceorum formae.

tituli litteris sinistrorsum versis inciisi sunt.

10013 1 diam. 0,113, circuitus 0,36 m.; supra ansa. Köln [Bonn mus. prov.].

a ad marginem in gyro:

CINARO VEHITVR RAPTA DEIANIRA MARITO

monstrum in eandem partis vel corporis formam

Nessus cum Deianira — *Hercules eorum vindex*

b infra Herculem: HERCV

c infra monstrum litt. minoribus RIMIA

d infra Nessum litt. item minoribus

PRIMIANVS F
ECIT

Zangemeister descr. ex ectypo gypsaceo. Müllenbach *Rhein. Mus.* 41, 1886 p. 320 (inde *Westd. Korr.-Bl.* 1886 p. 251); Buecheler anth. Lat. n. 344.

a hexameter est. — *rimia* para videtur esse nominis *Primiana*, imperfecte hoc loco scriptum, ubi spatium omnes litteras non capit.

2 fragmentum; diam. 0,11 m. Köln [Bonn mus. prov. n. 4528].

a ad marginem in gyro:

cuM LEDA IVNX SIT AMORE

Amor — *Leda cum cygno*

b in corpo Amoris litt. minoribus.

cuPIDO

c supra Ledam litt. item minoribus

IMIANVS FECIT

Zangemeister descr. Klein a. B. 87, 1889 p. 84.

a cf. Buecheler anth. Lat. n. 345, qui supplet: [*Iuppiter in cygno cu*]m cet. — *c* [*Pr*]*imianus*.

3 fragmentum; diam. 0,11 m. Trier [mus. n. 19892].

a ad marginem.

MOVETE

mulier nuda — *vir vestitus*

b ab altera parte alia prr. s. arg. coct.

ART?

Bohn descr. Lehner *Westd. Zeitschr.* 15, 8896 p. 251 et tab. IX 12, *b* non legens.

a Move te! — *b* artificis nomen videtur . . *art*.

4 clipei cretacei fere quarta pars. Lesoux [St.-Germain mus. (coll. Plioque)].

Aperes

OEI
ME
IE

de Ricci misit ectypum.

b) clipei cretacei vasculis affixi vel separatim expressi.

5 vasis rubri fragmentum. Trion [Lyon mus.].

Hercules tripodem Delphis raptum humeris portans; Apollo et Latona remperare cum conantur

lama capot Apollinis. — post Latonam:

APOLLO — LATONA

sub pedibus Herculis:

HERCVLES

Hirschfeld descr. Allmer *rev. épigr.* 3, 1893 p. 213 n. 934; Dissard *bull. arch. du comité* 1893 p. LXXV; Allmer-Dissard mus. V p. 233.

6 vas rubrum ansis duabus maioribus et tribus minoribus ornatum; inter ansas minores tres clipei; rep. n. 1727 Lyon [mus.].

in uno clipeo:

protomae Hercaulis (Antaeum ferit) et Iolai (Faustinae?); infra ara et hostium carnificamina (sine inscriptione)

in altero clipeo:

Mars nudus galeatus cum scuto et hasta ad d. gradiens

MARS

maior inferiore corporis parte velata sub arbore dormiens

VIA

in tertio clipeo:

duo gladiatorum pugnantes

lanista dextrorsum:

G /////// RA
LV

lanista sinistrorsum:

PA[illegible]TOLVS·L

Hirschfeld descr. Memorat Artaud *cab. des ant.* p. 57; Caylus ex commentario ms., quem Lainé in academia Lugdunensi a. 1728 legit, et ad imaginem ab eodem factam *recueil* VI p. 336 et in tab. CVII; Millin *voyage* I p. 439 adn., idem *peintures* I p. 122 et II tab. LXXVIII 15 et 16 = ed. II (1891) tab. LXXVIII 15. 17. 18; Comarmond ant. p. 43 n. 211 = mus. lap. p. 482 n. 73; Boissieu in tab. p. 464 et p. 465; Froehner *musées de Fr.* p. 65 et 66; Allmer et Dissard mus. IV n. 300, 1.

In clipeo tertio: CINVRAILV Caylus; C-INVRAILV Millin; GMRAILV Comarmond, Boissieu, Dissard; CINVRAILV Froehner, qui saepe se vidisse, sed nunquam accurate examinare potuisse dicit, fortasse a prioribus; praeterea clipeum male refectum esse affirmat. De . . . etabus omnes, qui viderunt, consentiunt.

Clipei secundi exempla duo alia v. XII 5687, 8.

Digitized by Google

10013 7 vasis rubri fragmentum. Trion [Lyon mus.].

vacca stans ad ara gutta in eas emittit (aut femmas ad mediam s(ilvam?)); supra floribus d. facem gerens (praeter caput et brachiorum d. omnia cetera deinderuntur); in margine ad d. arcta laurea

? lustra[*e*]·AMOR TAVRVS·LATET
*ius*OQVE·FVRTA·TON
antis o MIRANDVM·AN
*i*MOS·FVNDERE
s *vacc*A·POTEST

Allmer *rev. épigr.* II p. 112 n. 338, idem *mém. de l'acad. de Lyon* 23, 1885/86 p. 320; Allmer-Dissard *Trion* n. 1382 et mus. IV n. 500, 3 ligno express., cf. ibid. V p. 84. Cf. Buecheler anth. n. 687.

Supplementa sunt Allmeri.

8 vasis rubri fragmentum. Trion [Lyon mus.].

in clipeo superius:

in parte inferiore: *Amor vinctus in ius vocatur per duos Genios alatos; post eum duo Genii humeris portant spolia capiti;*

in medio clipeo: *Amor in suggestu delphino ad pedum; Genius ex suggestu scalas descendit; alter Genius ad gradus infimos erectorum; terrinae duae cochleas ex cumeo eximit;*

in parte superiore: *mulier, ut videtur, cum scapha sedens, ludici similis; ab utraque parte X hexamus; infra mulierem Genius scalas ascendens supplici similis;*

ad marginem:
INCENDIARI VS

Allmer-Dissard *Trion* n. 1387 et mus. IV n. 500, 2 ligno express., cf. V p. 84; Lafaye *mélanges d'arch.* 10, 1890 tab. I = p. 76.

9 clipei cretacei partis sinistrae fragmentum originis incertae [Lyon mus.].

arbor SCYTHES *vir nudus ad d. genibus altus bracchia in solem tendens (caput, manus, pes dextrae deperditae)*

Hirschfeld descr. Allmer-Dissard mus. IV n. 500, 4.

Propter Scythae nomen et figuram Allmer-Dissard anaglyphum ad Marsyae fabulam referunt.

10 clipei cretacei partis dextrae fragmentum. Trion [Lyon mus.].

fragmentum bracchii dextri (citri pugnantis)
*a*CHIL
LES

Allmer-Dissard *Trion* n. 1390, mus. IV n. 500, 5.

11 clipei cretacei fragmentum; Trion [Lyon mus.].

navis vela tendens; DAi Danaus (caput et bracchium dextrum deinde restitutum) propugnator cum quattuor filiis

Allmer *rev. épigr.* 3 (1892) n. 924; Allmer-Dissard *Trion* n. 1389 ligno expressa., mus. IV n. 500, 8.

Dan[*aus*]. De Ulixis fabula cogitant editores; ad Danaum navi egressurum revocant iidem mus. V p. 85.

12 fragmenta vasculi rubri. *a* Vichy [Moulins ap. Bertrand].
b Lezoux [ibi fuit ap. Plicque].

a *Deiphobus loricam et galea armatus utraque manu facem gestans*
DEIPHOBVS

b *Aias pugnans; hastatus Graecus*
AIAX

a Froehner *musées* p. 65; H. de Villefosse *bull. des antiq. de Fr.* 1888 p. 258.
b H. de Villefosse l. c.
Villefosse utrumque fragmentum eiusdem vasis esse suspicatur (an potius exempla eiusdem formae?).

13 *a. b* clipei cretacei ansati tesseris similes; diam. 0,015. Reims [mus. (coll. Duquenelle); octypa Bar-le-Duc mus.].

a *ab una parte:*
HIPOLYTV PHAEDR
S A

Hippolytus nudus cum lancea ad s. currens, d. pertica admota | *Amor utraque manu viro barbato manus torquens* | *Phaedra ardens capite nudo nuce*

ab altera parte:
OEDIPODES

Oedipus nudus clava manibus SPHINX admota, d. frontem admota | *Sphinx alata (corpus et crura antica, cauda serpentis)*

b *ab una parte:*
COMITES CADMVS

vir nudus averso ad s. gradiens, fugiens ut videtur | *Cadmus nudus imberbis s. chlamyde tectus, d. serpentem telo ferit* | *serpens magna arrecta*

ab altera parte:
DIOMEDES VENVS

Diomedes cum clipeo hasta protecto | *Venus ornatu vestis fluitans d. filium protegens*

Amores pervolitant ad d.
AENEAS

a. *b* Hirschfeld descr. octypa. Robert *mém. des antiq. de Fr.* 42, 1881 *a* p. 130 ligno express. et p. 131, *b* p. 131 ligno express. et p. 132.

14 clipei cretacei fragmentum. Trion [Lyon mus.].

|O IASO|

Allmer-Dissard mus. IV n. 500, 7.
Cf. *Iasonis* nomen et figuram in clipeo altero cretaceo XII 5687, 18.

15 Alise-Ste-Reine [ibi in aedibus Calabre].

vase presque entier en poterie rouge portant en relief de divers ornements un titre bien reconnaissable d'Auguste et de Livie et le nom du potier
LYSIPPVS *en grandes lettres en relief*

Lenormant *mém. présentés à l'acad. des inscr.* s. I 6[1], 1860 p. 5 et 6 (inde Lejay *inscr. de la Côte-d'Or* p. 253 n. 295).

16 vasis fragmentum cum clipei parte superiore. Trier rep. a. 1876.

ANTONINV|
fragm. proximum

B(one) in ephemeride *Trierische Zeitung* 2 Mai. 1876 n. 102; memoratur *Trier. Jahresb.* 1874/7 p. 41.
Cf. XII 5687, 20.

Digitized by Google

10013 17 vasis fragmentum *in terre grise assez grossière et faiblement lustrée* rep. a. 1887 Trion [Lyon mus.].

senex imberbis pomo cebros tegentis s. velamen tenens, d. ore amentum cum apicis duobus Genio proclivus; Genius columnae cum cornu copiae, humero amictus, ut humero dextro catena stactus, d. cooperam tenens (utrimque crura et brachium dextrum Genii tantum elabrum)

genio a[*u*]MA *cognomen patris* NTISSIMO CO *cognomen gentis* *l. c. c. a. lug.*
HABE[*n*]AS
PROPIT[*i*]IVM
C AES[*ari*]ARE

Hirschfeld descr. Allmer *rev. épigr.* 2 (1887) n. 688 (inde *rev. arch.* s. III 11, 1888 p. 143); Allmer-Dissard *Trion* p. 599, mus. II p. 172 iunctum cum sequente et IV n. 500, 11 ligno expresso.; Hirschfeld *histor. Zeitschr*, 79, 1897 p. 467.

4 *Caesare*(*m*). — Allmer-Dissard virum pro Munatio Planco colonias Lugudunensis conditore habent; Hirschfeld *histor. Zeitschr.* l. supra c. p. 452 sq. (*cf.* partis primae huius vol. p. 252 et not. 8) hoc anaglyphum et sequens ad Clodii Albini aetatem revocat. — Anaglyphum idem inscriptum *felicitor* v. XII 5687, 45; cf. seq.

18 vasis rubri fragmentum originis incertae [Lyon fuit ap. Artaud, iam mus.].

crura viri nepoti et Genii columnae; cornua in sinu

OPTI
AV[*g*]

Artaud *la céramie* ms. (inde de Witte *gazette arch.* 1884 p. 257 et tab. 34 II); Allmer-Dissard mus. II p. 149 et IV n. 500, 12 ligno expresso.; Hirschfeld C. XIII 1 p. 252 adn. 8.

opti[*me Segusi*]*avi*[*s*] de Witte; *opti*[*me*] *avi*[*s*] Allmer; *opti*[*me avenioi*] *Au*[*gusto nostro*] Hirschfeld proponit. — Vide quae ad praecedentem adnotavimus et commentarium Hirschfeldii ibi citatum.

19 vas rubrum. Trion [Lyon ap. Locard].

vir Armenius sub rostrato sedens cum lituo, anaxyridibus et veste inventoria indutus; fruitur cum arcus augustus, plorators et funda(?) *hostd lacerat*

AR
ME
NIA

Allmer-Dissard *Trion* p. 68 n. 27.

20 *fragment de poterie.* [Lyon fuit ap. Barre pharmacopolam].

gladiatores armati

AQVILIVS FAVSTI·

Artaud *Lyon souterr.* p. 100 not. 1.
Ad nomen prius cf. XII 5687, 22.

21 *a. b* clipei cretaci fragmentum, Trion [Lyon mus.].

gladiator levicatus capite nudo s. cassum, d. cubitum parma (arma dimicatoria) ad margines·

a SATVRNVS *b* SATVRN[VS]

Allmer-Dissard *Trion* n. 1397, mus. IV n. 500, 14 ligno express.
b Hirschfeld descr.

22 vas rubrum. Nantes [ibi ap. Hubin].

Jeu combats de gladiateurs et tours variés placés à côté d'eux':

TITOS AG[*ilis*]

P(arenteau) *Catalogue raisonné de l'Expos. des Beaux-Arts de Nantes* (1872) p. 131 (inde Espérandieu *épigr. Romaine du Poitou* p. 364).

23 vasculorum fragmenta. *a dép. de l'Allier.*
b [Lyon fuit ap. Barre pharmacopolam].
c [Reims ap. Morel].

gladiator

c VELOX IM[*p*] *b* VELOX IMP·III
XIII

c VELO[*x*]
VI

a Tudot *coll.* p. 69 in imag. et p. 72.
b Artaud *Lyon souterr.* p. 100 n. 1.
c de Ricci misit.
Velox imp(*ugnavit*) (*toties*).

24 vasis rubri fragmentum, in quo clipeus integer sed male expressus. Trion [Lyon mus.].

arcator petit retiarium

[*H*]ABVS IMPE[*ti*]

Allmer-Dissard *Trion* n. 1395, mus. IV n. 500, 17.

25 clipei cretacei pars superior. Trion [Lyon mus.].

thrax et murmillo pugnantes; laniata

[*S*]VS AVG STAT
XV MISSI

Allmer-Dissard *Trion* n. 1393, mus. IV n. 500, 15.
. . . *eus* (gladiatoris unius nomen; alterius excidit) *Aug*(*usti*) (*servus*), (*pugnarum*) *quindecim*, *stat*(*i*)*t*(*ores*) *missi*.
Cum hoc titulo conferendus est similis Nemausensis in operculo urnae cinerariae XII 2747: XANTVS | CAES XV — STAN[TES] | MISSI — EROS | CAES XVI. — Cf. Friedländer *Sittengeschichte* II[6] p. 387 not. 4.

26 *fragment de terre brune mince ornée* [Reims ap. Morel].

[*P*]VS
gladiator

de Ricci misit.

27 vasis rubri fragmentum. Lyon [Paris fuit ap. Gréau].

PRASINE *auriga* LOCISMVS

Catal. de l'exposit. univ. de 1867, hist. du travail p. 74 n. 1040.
Fortasse idem, quod editum est XII 5687, 23.

28 Naix [Bar-le-Duc mus.].

auriga d. coronam, s. palmam gerens

OR
E

Maxe-Werly *Barrois* p. 47 ligno express.

29 vasis rubri fragmentum. Autun [*Hôtel Rolin*].

vir sedens supinus potat; super eum mater ursum ruentem

ALBA

infra litt. minoribus:

DECET M[*e*]

Hirschfeld descr.
Cf. anaglyphum simile XII 5687, 34 inscriptum: *ita valeas*(*m*), *decet me*.

30 vas rubrum, rep. Xanten [ibi fuit ap. Houben, deinde Paris ap. Gréau].

in clipeo.

TV SOLA

arte

NICA

ut pandectas ambitum

Fiedler *etruskische Bildwerke* tab. V et p. 21; Lersch III p. 105 n. 202 (inde Brambach n. 196); Fruehner *catal. Gréau* I p. 280 n. 1351.

31 vasis rubri fragmentum. Martres-Tolosanes.

VITA · VOLVI · ME

duo amantes

Lebègue *revue des Pyrénées* 3, 1891 p. 605.

Digitized by Google

10013 32 vasis fragmentum. Trion [Lyon mus.].

curreus triumphalis, quem ornant IV elephanti; infra: vir barbatus, dimidio quidem, ut videtur, brachio s. retinentibus, d. sceptrum aut rem similem tenens

ℛI ... VC ... ville ocr.

Allmer-Dissard *Trion* n. 1398, mus. IV n. 502, 66 ligno expressa.

....ri co...

33 vas rubrum pacne integrum (duae ansae exciderunt). Köln [mus.].

In uno clipeo:

S[illegible] PVLI R

mulier stans stola et pallio amicta cum rerum copiae; ab utraque parte figura minor, sinistra (puer? ver?) stans utraque manu palmae ramum erectum tenet, dextra (puella? mater?) genibus vasa supplici similia

Descripsimus ex imag. photogr., Poppelreuter misit.

Supra figuras minores litterae videntur fuisse, sed evanuerunt; clipeus secundus et tertius titulos non exhibent. Vasculum originis Narbonensis videtur esse.

34 clipeus cretaceus albus; diam. 0,125 m. Köln [Bonn mus. prov. a. 3254].

triumphator in biga; vir undas equos laeta ducens; post currum Victoria d. laureum gestans; duobus equis simile currus; arcus triumphalis

in parte interiore:

FELIX·VIEN[illegible] | DEIVS FI[illegible]
[illegible]CAS[illegible] | [illegible] V[illegible]

Ihm misit. Klein a. B. 87, 1889 p. 86 et p. 85 ligno expressa; cf. Blanchet *étude* suppl. p. 226.

Titulus Viennensis in fragmento vasculi rubri XII 5687, 43: *Vienna* ‖ [*F*]*elix* vix ad hunc pertinet; nam ex officinis Narbonensibus rubra tantum vasa prodierunt. Cf. quae infra p. 465 de figlinis Colonicnsibus explicata sunt.

35 clipei cretacei fragmentum. Lyon [mus. (coll. Villard)].

S[illegible]
*fe*LICIT*er*

palmae rami foliorum

Hirschfeld descr.

36 clipei cretacei fragmentum, qui fuit vasis satis magni; in clipeo nihil nisi titulus fuit. Trion [Lyon mus.].

palmae ramus

[illegible]RID
ITA·GER
MI
S·PL

Lat. scripto m. 0,010

Allmer-Dissard *Trion* n. 1404, mus. IV n. 500, 19.

37 vasis rubri fragmentum. Friedberg rep. a. 1830 [Darmstadt mus.].

[illegible]AGNIS LEPoR

cervus *lepus*

Zangemeister descr. Adamy catal. p. 75: AGNVS LEPOR.

38 clipei cretacei fragmentum. Trion [Lyon mus.].

thyrsus et cervus

DO[illegible]

Allmer-Dissard mus. IV n. 500, 6.

39 fragmenta duo vasis rubri (de forma v. supra p. 460). Blain rep. n. 1870 [Nantes ap. Revellière; ectypum St.-Germain mus. n. 15977].

[illegible]N [illegible]PIN [illegible]AR PARTI[illegible]
[illegible]AR[illegible] [illegible]VSA bI
DECIBAI *figurae incertae frag-mentum* DECIBALE *figurae duae (virī mulieres?) ad d. cu-meo et videntur iunctae* *caput (reliqua deside-rantur)* *vir ad s. sinistra hastam tenens*
DVMEI[illegible]VS
[illegible]V·BP
NV
COVI
V

Hirschfeld, Fröhner, de Ricci descripserunt ex ectypo Sangermanensi. De Witte *bull. de la soc. des antiq. de Fr.* 1870 p. 118; Odobescu in ephemeride *Columna lui Trajanu* 1 dec. 1872 (n. 34), idem *despre unu vasu de lutu cu numele lui Decebalu* (1873) cum tabula chromolithographica ex delineatione a Fröhnero misso; Fröhner *colonne de Trajan* p. XIV in imagine; Maître *les villes disparues* I p. 354.

1 in parte dextra ut supra Hirschfeld et Fröhner; [illegible]AR de Ricci, qui explicat [*T*]*rai*(*anus*) *Part*[*hic*(*us*)]. — 2 in parte sinistra [illegible]EN Hirschfeld, [illegible]EA Fröhner-Odobescu, TON de Witte.

Praeter *Decibal*( ), *Decibalo dume*[*n*]*us* reliqua incerta; item de figuris dubitari potest. — Vas huic simile v. X 8056, 3.

D. Formae singulares.

Has formas plerumque ex argilla alba factas, quibus artificum nomina in parte aversa (ansi, n. 6, intrinsecus) ante argillam coctam stilo inscripta sunt, seorsum collocavimus. Nam n. 1. 4—6. 8. 10. 11. 13, ut Josephus Déchelette musei Rosomensis praefectus per litteras nos edocuit, *servaient à fabriquer des reliefs, qui s'appliquaient à l'aide de barbotine sur des vases de forme généralement ovoïde. On a retrouvé à Lezoux plusieurs vases de cette série, portant des sujets semblables.*

Idem nos certiores fecit, leonum capita formis n. 2. (3). 7. 9. 12 expressa ad foramina vasorum ornanda destinata fuisse, ut per eorum os liquor effluaret. Huius generis vascula duo reperta sunt, quibus figuli vascularii nomen in latere iuxta leonis caput signaculo impressum est:

a sur un fragment du pourtour extérieur d'un bol assez grand et peu profond près d'une tête de lion dans laquelle existe un trou pratiqué à la place de la bouche pour verser le liquide. NONN. Poitiers [mus. soc.].

b vas rubrum integrum; *la partie supérieure forme un bord de cinq centimètres de hauteur, sur lequel une tête de lion fait saillie. La gueule est percée d'un trou, par où s'échappe le liquide.* SOTO. Prope Etaples in mari rep. [Etaples ap. Souquet ex. II].

a CEM[illegible] *b* GEMINI M

a Bonsergent p. 355.

b Souquet *bull. de la Morinie* n. 2 et 3, 1853 et 1854 p. 140 (inde Cochet *Norm. sout.* p. 178 cf. p. 180), idem *bull. du Pas-de-Calais* 2, 1880/7 p. 92; melius de Ricci *bull. des antiq. de Fr.* 1897 p. 344.

Digitized by Google

10014 1 Hercules (forma ex argilla rubra facta). Lezoux [St.-Germain mus. n. 32427].

AVITI

de Ricci misit.

2 caput leonis. Lezoux [St.-Germain mus. ex. III n. 32481. 32484. 32487].

CARI

de Ricci misit.

3 caput leonis. Solothurn (ibi ap. Amiet).

CIRRVS

Joh. Schmidt descr. Amiet *Schweiz. Anz.* 1890 p. 4 et tab. I 3.
Idem nomen in vasculis v. supra n. 10010, 580.

4 belua marina. Lezoux [St.-Germain mus. n. 32471].

MARCI

de Ricci misit.

5 gladiator (forma ex argilla rubra facta). Lezoux [St.-Germain mus. n. 32430].

MERTIALIS

de Ricci misit. — *M[a]r[t]ialis.*

6 aper. Lezoux [St.-Germain mus. n. 32470].

MATIRNI *bonum stilum scr. a neg. occ.*

de Ricci misit.

7 caput leonis. Lezoux [St.-Germain mus. n. 32481].

PI

de Ricci misit.

8 Mercurius (forma ex argilla rubra facta). Lezoux [St.-Germain mus. n. 32428].

PVL

de Ricci misit.

9 caput leonis. Lezoux [St.-Germain mus. n. 32479].

R

De Ricci misit.

10 gladiator (forma *ex terre jaune rougeâtre*). Lezoux [St.-Germain mus. n. 32432].

SAT

de Ricci misit.

11 Abundantia sedens (forma ex argilla rubra facta). Lezoux [St.-Germain mus. n. 32429].

SILVIRINI
SVRIV

de Ricci misit.

12 caput leonis. Lezoux [St.-Germain mus. n. 32485].

SIIX

de Ricci misit.

13 taurus. Lezoux [St.-Germain mus. n. 32473].

LATV
NV

de Ricci misit.

STATVNCVLAE EARVMQVE FORMAE.

Vasis ornatis statunculas cretaceas albas adiungimus, quippe quae et ipsae non sine arte aliqua factae et formis expressae sint.

Ad sigillum fictile fingendum figuli sigillarii ex archetypo argillaceo formas duas, anticam et posticam, interdum etiam plures exprimebant, ex formis statunculas.

Quae in formis et in exemplis expressis inveniuntur nomina, omnia fere stilo scripta sunt; signaculo impressa non habemus nisi quattuor (v. infra n. 29. 34*g*. *i*–*l*. 82. 110*a*).

Artificum nomina in archetypis scripta redeunt in formis litteris extantibus sinistrorsum versis, in exemplis expressis litteris cavis ut in archetypis. Itaque interdum dubitari potest, utrum titulus iam in archetypo fuerit, an statunculae confectae inscriptus sit. Nomina in exemplis expressis scripta litteris prominentibus a d. ad s. (in Belgicis ad dextram versis) non archetypis, sed formis demum intrinsecus inscripta fuisse apparet.

Plurimae formae sigillarine Arvernicae ut quaedam vascularine (v. supra n. 10011, 38*c*. 99*b*. 122. 131; cf. p. 431) et illae singulares capite praecedente editae nomina in parte exteriore vel in tergo ut ita dicamus incisa habent; itaque ea in exemplis expressis non redibant. Haec nomina ante argillam coctam i. e. a figulis ipsis litteris cursivis quae dicuntur scripta sunt, quaedam adeo neglegenter, ut de lectione dubitandum sit (litterae singulae aut omissae sunt aut videntur omissae esse in exemplis n. 10. 19*c*. 26*c*. 33*b*. 38*f*. *l*). E contrario quae in archetypis aut in formarum parte interiore leguntur, eandem fere litterarum speciem habent atque signaculis impressae in argillaceis reliquis. Casu fere primo enuntiantur praeter pauca ut *Lentuli*, *Lucani*, *Severi*, *Silvini*, *Urbici* (in exemplo uno; in reliquis est *Urbicus*). Sigilla haec intellegenda esse adsumpto vocabulo *forma* docent inscripta *Natti forma* (in uno exemplo legitur *Nattos*). Quibusdam notae adpositae sunt *manus* (v. *Belinicci*, *Cassius* vel *Cosius*), *fecit* (v. *Illiomaro*, *Truxus*) aut verbum eiusdem significationis *avot* (v. *Sacrillos*, cf. n. 10; vide quae de hoc vocabulo supra p. 121 explicata sunt); inprimis notabile est sigillum *Sacrillos avot form(am)*. Unde apparet, omnibus his sigillis figulum designari, qui formas fecerit. In eadem forma intrinsecus litteris extantibus sinistrorsum versis ex archetypo impressum est *Ioppillo*, extrinsecus stilo adscriptum *Atsano*[1]), quod nomen in alterius formae tergo solum adest. Unde sequitur, ut illud nomen de eo accipiendum sit, qui archetypum

[1]) Tertium nomen videtur indicari littera *C* infra incisa; cf. formas vascularias n. 10011, 35*b*. 57*h*. 58*b*[1-2] et sigillarias n. 10015, 25. 32*a*.

Digitized by Google

vel formam primam, hoc de eo, qui secundam fecit. Titulum alium formae tergo incisum:

avot form.
Sacrillos Carati

explicandum esse *Sacrillos Carati* (*servus*) *form(am fecit)*, non ut Hadriano Blanchet placuit (*bull. des antiq. de Fr.* 1890 p. 191 et 192 cf. eundem *étude sur les figurines* p. 89 et 90 (de quo commentario v. infra): *Sacrillos* (*fecit ex*) *form(a) Carati*, demonstrant sigilla alia *Sacrillos Carati* et *Sacrillus avot form(am)*.

Quibusne ex exemplis[1]) colligendum est, nomen in parte exteriore formae scriptum servi aut operarii fuisse, qui in officina cuiusdam figuli sigillarii formas ex archetypis exprimeret? At praeter sigilla *Natti forma* formis extrinsecus incisa extant alia *Natti Arre(rni) u(otu)* signaculo intus impressa (v. infra n. 82), quae in vasculis redeunt (v. supra n. 10010, 1414; cf. ibidem et in lucernis n. 10001, 226 sigilla *Nattus f.*). Pistillum figulum Haeduum (v. infra), cuius plurima exempla extant, plerumque aut iam archetypa aut formas intrinsecus signavisse constat; interdum autem nomen eius in tergo formae, quin etiam in una ab utraque parte invenitur. Haec quidem exempla testantur, quosdam figulos, dominos officinarum qui videantur, formis modo ab interiore modo ab exteriore parte nomen inscripsisse.

Quid causae igitur fuerit, cur figuli sive officinarum magistri sive servi nomina, quippe quae ad exempla expressa signanda non destinata essent, formis inciderent, deinde cur formae ita signatae eas, quae sigilla intus habebant, ut exempla expressa sigillis Pistilli omnesis demonstrant, numero longe antecedant, difficile est dictu[2]).

Fortasse eodem pertinet, quod nomina, quae in figlinis agri Toulonensis domestica fuisse constat (v. infra), pluribus officinis in finitimis vicis oppidisve constitutis: Bourbon-Lancy, St.-Pourçain-sur-Besbre, Vichy, Clermont communia sunt[3]). Si eadem sigilla locis diversis reperta ita interpretaris, ut figuli Toulonenses formas suas figulis vicinis vendiderint, quid mirum, si eae sigilla in tergo habebant?[4]) Certa vero coniectura ex exemplis adhuc effossis de hac re capi non potest.

In statuncula Belgica n. 98 duplex est sigillum: . . . . *atus fecit* et *L. A*( ) *S*( ), illud nimirum servi, hoc domini officinae nomen. Titulo n. 107, qui formae inscriptus erat: . . . . *us et Peregrinus* sodalicium figulorum enuntiari videtur; cf. etiam n. 77*f*. Bina nomina in titulis mutilis n. 9 et 19*c* adsunt; vide praeterea litteras singulares in formis n. 25 et 32*a* adscriptas.

Statuncularum officinae ubi fuerint, videtur satis constare. Inde ab anno 1856 formae permultae nec pauca exempla expressa in ea regione, quae dicitur *Champ-Lary* prope Toulon-sur-Allier eruderata sunt, pauciora etiam aliis locis vallis Elaveris fluvii (v. supra). Cum statunculae Pistilli nomine signata in omnibus Galliae partibus, formae Augustoduni tantum repertae sint, in hoc oppido officina florentissima videtur fuisse[5]). Ibidem et alii figuli officinas habebant; v. infra n. 2. 8*c*. *d*. 24. Iulii Allusae opera extra Burdigalam non prodierunt. Veneris nudae imagines radiatinae forma singulari et longe ab iis diversae, quas figuli Arverni et Pistillus fingebant (totum corpus profuso ornamentis distinctum est)[6]), in parte occidentali Galliae inter flumina Ligerim et Sequanam sita repertae sunt. In titulo plenioris duabus adscripto *Rextugenos Sullias avot* (in duabus aliis *Rextugenos* solum adest) nomine altero nimirum ethnico regionem vicorum, qui hodie dicuntur *Sully-sur-Loire* et *Neury-en-Sullias*, designari coniectura est probabilis, quod plurima huius generis sigilla ad Ligeris ripas eruderata sunt[7]).

Statunculas Belgicas inter rudera templorum prope vicos Dhronecken et Gusenburg repertas, quod similitudinem habent cum Lucilburgensibus, ex officinis Trevericis constitutis prodiisse videri, Hettner musei Trevorensis praefectus per litteras nos edocuit.

In Germania figlinas insignes Coloniae fuisse tituli Servandi et Vindicis apertissime litteris singularibus indicant *C(olonia) C(laudia) A(ugusta) A(grippinensium)* adiecto urbis partis nomine *ad cantunas novas*, *ad forum hord(iarium)*.

De aliis officinis, ex quibus formae aut statunculae sine titulis prodierunt, vide Blanchet *étude* p. 102 et *mélanges d'archéologie Gallo-Romaine* II p. 90—93.

Res sigillis fictilibus repraesentatas, deorum, hominum, animalium figuras, supellectilem variam Blanchet *étude* p. 125—205, suppl. p. 235—260 enumeravit et diligenter descripsit, multas Tudot (de cuius libro vide infra) imagine expressit. Emptoribus maxime probabantur statunculae Veneris formae variae et deae incertae in sella sedentis viminibus contexta, quae latera et dorsum obtegit, uni vel duobus infantibus mammas praebentis (v. Blanchet p. 133 sq.). Id genus sigillum a nobis infra appellatur ‚Mater'.

De statunculis earumque formis inde ab anno 1856 in agro Arvernico repertis additis quibusdam aliis variis locis Galliae effossis Edmundus Tudot Monlinensis, qui cum Alexandro Bertrand et Ludovico Esmonnot multam operam in eas effodiendas contulerat, a. 1860 librum edidit, cui est titulus *collection de figurines en argile, œuvres premières de l'art Gaulois, avec les noms des céramistes, qui les ont exécutées* (Parisiis 4° pp. 104 et tabb. 75), insignem imaginibus et titulis ab ipso diligentissime delineatis, ipsum nequaquam recte factum. Maxime accurata tabularum descriptio desideratur; saepe enim, unde figura prodierit, aut quo in museo publico vel privato fuerit, aut, cui figurae titulus sit attribuendus, dubitari potest; quibus de rebus quodammodo edocemur catalogo musei et Monlinensis et Sangermanensis, cum exempla pleraque, quae Tudot domi suae condiderat, hodie in illo, quae Esmonnot, in hoc extent. Totam materiam retractavit Hadrianus Blanchet Parisinus in commentario qui inscribitur *étude sur les figurines en terre cuite de la Gaule Romaine* (insertus est *mémoires de la société des antiquaires de France* vol. 51 a. 1890 (prodiit 1891) p. 65—224; additum est supplementum ibid. vol. 60 a. 1899 (ed. 1901) p. 189—272). Auctor de omnibus rebus quae ad figuras fictiles pertinent, uberrime disputavit et quaestionem quasi absolvit[8]), titulos pleramque a prioribus acceptos minus diligenter examinavit.

---

[1]) In instrumento generis inserti (v. infra n. 1) coniuncta adsunt eadem nomina, et *Atesmo* et *Sacrillos avot*, et tertium *Anonlos*, quod adhuc exemplo caret. Cum autem, quid sibi voluerit hoc instrumentum, parum constet, inde coniectura certa de condicione eorum, quorum nomina inscripta sunt, capi non potest.

[2]) Blanchet, cui Pistilli formae Augustoduni repertae ignotae erant (cf. infra notam 5) opinatus est (*étude* p. 87 sq.; cf. suppl. p. 209) *que la signature* (*tracée à l'extérieur*) *soit simplement une marque de propriété destinée à faire reconnaître le moule s'il venait à être dérobé ou égaré. Au contraire, lorsque la signature se lit sur la statuette ou dans le creux du moule, il faut y voir l'intention de répandre un nom pour le faire connaître des acquéreurs.* Haec coniectura est parum probabilis; nam quis sigilla in tergo scripta aperte eos indicent, qui formas fecerint, dubitari nequit; possessores vero nomina, ut vasa cretacea demonstrant, genetivo post argillam coctam scariphare solebant.

[3]) Item figulorum vasculariorum, qui in vico Lezoux aedes habebant, exempla expressa in aliis agri Arvernici officinis eruderata sunt: v. supra p. 431 not. 3.

[4]) Similiter opinatus est Josephus Déchelette *rev. arch.* s. III 38, 1901 p. 389 sq.: *je crois qu'il y avait en Gaule, aussi bien pour les poteries que pour les figurines, un commerce spécial de moules. — Cela explique que des moules portant le même nom se soient rencontrés dans des localités éloignées.* De formis vascularis v. supra p. 431; nec fere sigillarias extra eam regionem, ubi figulos aedes habuisse constat, ullae repertae sunt, unde apparet, si in commercio fuerant, eas non latius diffusas esse, cum exempla expressa locis quamvis inter se disiunctis eruderata sint.

[5]) Id iam Tudot suspicatus est *rev. arch.* a. n. 4, 1861 p. 263, dubitavit sine causa Blanchet *étude* p. 98 not. 1; nam in tabula nominum formis inscriptorum p. 84 omisit Pistilli sigilla, itemque p. 96 sq. exempla eius Augustoduni eruderata, addidit in suppl. p. 24.

[6]) De his sigillis, quae a Francogallis *fibules à gaine* appellantur, primus optime egit Héron de Villefosse *rev. arch.* s. III 11, 1888 p. 145 sq., deinde copiosus Leo Coutil in libro, cui est titulus *les figurines en terre cuite des Eburovices, Veliocasses et Lexovii; étude générale sur les Vénus à gaines de la Gaule Romaine.* Evreux 1899 8° pp. 84 cum tabulis XVII. De locis, ubi reperta sunt, v. Blanchet suppl. p. 15 sq.

[7]) Vide Maitre *ann. de la Bretagne* 3, 1887/88 p. 467, qui admonet, figlinas nobiles etiam nostra aetate esse in oppido Glen eiusdem regionis. Sully-sur-Loire in nummis aetatis Merovingicae appellatur vicus *Sauliacus*, *Solliacus*, *Sulliacus*, et item vicus Souillé (*Sarthe*); v. Holder II 1382.

[8]) Commentarius divisus est in capita VIII, quae sunt inscripta *historique de la question; technique et fabrication; les céramistes — les centres de fabrication; époque de la fabrication; les types — origine et signification; destination des figurines; description des figurines en terre cuite de la Gaule Romaine; inventaire sommaire des figurines classées par trouvailles et par musées*; similiter supplementum.

Digitized by Google

Heronis de Villefosse commentarium de Rextugeni sigillis scriptum et Leonis Coutil librum *les figurines en terre cuite des Eburovices* cet., cuius textus totus fere pendet ex Villefossei et Blanchetі commentationibus, iam supra p. 465 not. 6 commemoravimus.

De statuncolis in Treverorum agro repertis Felix Hettner musei Trevirensis praefectus librum egregium et splendidissime ornatum perfecit,[a] qui inscribitur *Drei Tempelbezirke im Trevererlande. Festschrift zur Feier des hundertjährigen Bestehens der Gesellschaft für nützliche Forschungen in Trier* (Treviris 1901 fol. pp. 76, tabb. XIII). Titulos continet et accuratissime delineatos et imaginibus photographicis expressos.

Titulos non rettulimus per litterarum ordinem, sed distribuimus eos ad provincias, in quibus figuli haberent sedes. Antecedant figulorum Arvernorum et Pistilli formae, reliquorum adhuc nullae prodierunt.

10015 1 instrumentum solidum (non cava forma) ex argilla alba factum generis incerti (pars posterior intercidit). Mesux [ibi ap. Chardon].

½



½

Gassies *revue des études anciennes* 2, 1900 p. 143 ligno express. (inde *rev. épigr.* IV (1901) p. 159; Blanchet *étude* suppl. p. 208).

Gassies gymnasii Meldensis professor, qui benigne nobis potestatem fecit utriusque imaginis hoc loco repetendae, de re et titulo a nobis consultus respondit: *je pense qu'il ne s'agit pas en effet d'un moule de statuette* (formam enim esse Blanchet l. c., qui non vidit, suspicatus est), *mais d'une sorte de mandrin d'argile ayant pu servir à confectionner un socle.* Cum hoc instrumento alterum ei conferendum videtur esse a Tudoto in tab. 9 imagine expressum (v. infra n. 54a cf. tamen basim archetypam catal. Moulins tab. XIII 147; v. infra n. 54*f*). In iisdem litteris iudicat nomina eadem manu post argillam coctam alte incisa esse.

Atesmo (sic enim legendum esse censemus, non *Atilano*; v. infra n. 12, cf. n. 22) et *Sacrillo* (idem nomen addita nota eadem *ero* v. infra n. 36) figuli sunt, quos prope vicum Toulon-sur-Allier habitasse constat (v. praefationem). *Anaulos* (cf. *Anoilus* in vasculis supra n. 10010, 115) adhuc in statuncolis earumque formis non occurrit. Quid sibi velint tria nomina uno sigillo iuncta scilicet eadem manu post argillam coctam scripta, cum de instrumenti usu non constet, prorsus incertum est. Statuncularum officina in Meldis videtur non fuisse, at exempla quaedam expressa ibi reperta sunt; v. Gassies l. c. 3, 1901 p. 143.

A. Statuncularum formae (fere omnes in Arvernorum aut Haeduorum agris repertae)

ubi nihil adnotatum est, nomina in parte aversa ante argillam coctam stilo scripta sunt.

2 Venus. Autun [ibi ap. Bulliot].

de Fontenay tab. XIX 568 = p. 91.

3 *a* Venus. St.-Pourçain-sur-Besbre [Moulins mus. (coll. Tudot)].
b pieds d'un statuette. Clermont [Moulins mus. (coll. Tudot)].

a Catal. Moulins p. 40 n. 410.
b Catal. Moulins p. 40 n. 399.

4 *a* canis sedens. Toulon-sur-Allier [Moulins mus.].
b columba, *c* basis statunculae, *d* Venus. Toulon s. A. [Moulins ap. Bertrand].
e basis statunculae. Vichy [St.-Germain mus. n. 25490].
f duo fragmenta formae Satyri [Clermont ap. Chabrol].



a Tudot *bull. mon.* 1857 p. 366: ABVDINVS, *coll.* tab. 5 in imag. (cf. tab. 11, *congr. scientif.* 26, 2, 1859 p. 441 ligno express., ubi in fine: VS) et p. 66 ubi dubitans: *Abudinos* aut *Abudinus* (v. exemplum expressum tab. 57 et p. 37); Bertrand *rev. Bourb.* 1, 1884 p. 278; catal. Moulins p. 28 n. 121.
b Hirschfeld descr. *Ann. Bourb.* 3, 1889 p. 396.
c. d Hirschfeld descr.
e Catal. ms. mus. Sangermanensis.
f Hirschfeld descr., *f*[2]: ABVDI.
Cf. Payan-Dumoulin *ann. du Puy* 21, 1857/8 p. XXXIX: ABADINVS.

5 ovis. St.-Pourçain-sur-Besbre [St.-Germain mus. n. 28067 (coll. Esmonnot)].

Hirschfeld descr.

6 gallus. St.-Pourçain-sur-Besbre [St.-Germain mus. n. 28072 (coll. Esmonnot)].

Hirschfeld descr.

7 basis statunculae. [St.-Germain mus. n. 28048 (coll. Esmonnot)].

Hirschfeld descr.,
Anaogmo pro *Anaeogenos*; cf. Holder I 136.

8 *a* Mercurius. St.-Pourçain-sur-Besbre [Moulins mus. (coll. Esmonnot)].
b taurus. St.-Pourçain-sur-Besbre [St.-Germain mus. n. 28065 (coll. Esmonnot)].
c Venus. Autun [ibi ap. Bulliot].
d formae fragmentum. Autun [ibi ap. Bulliot].
e protome iuvenis ridentis. Bourbon-Lancy *ou Châtelet.*

a Catal. Moulins p. 39 n. 375: ANT.
b Hirschfeld descr.
c de Fontenay tab. XIX 570 = p. 91.
d de Fontenay l. c. 567: ANT.
e Mélin-Bertrand *bull. archéol. du comité* 1893 p. 258: ANT.

Digitized by Google

10015 9 Mater. St.-Pourçain-sur-Besbre [St.-Germain mus. n. 28011 (coll. Esmonnot)].

de Ricci misit.

1 ornamenta, non litterae videntur.

---

10 ectypum sigilli formae St.-Pourçain-sur-Besbre repertae [St.-Germain mus. n. 28166].

ANTOAVT

Hirschfeld descr.

Anto( ) *av(o)t*? cf. supra n. 10010, 136.

---

11 protome mulieris. Toulon-sur-Allier [Moulins mus. (coll. Tudot)].

Tudot *bull. mon.* 1857 p. 366: ARILIS, *coll.* tab. 11; de Payan-Dumoulin *ann. du Puy* 21, 1857/8 p. XXXIX: ARILIS; Bertrand *rev. Bourb.* 1, 1884 p. 278: ARILA; catal. Moulins p. 50 n. 752: ARILIS.

Arilo videtur; cf. *Arilo* archiepiscopi Mogontiacensis nomen.

---

12 simia sedens. Toulon-sur-Allier [St.-Germain mus. s. n.].

ATIIANO

Hirschfeld descr., de Ricci misit. Idem sigillum forma non indicata: Tudot *bull. mon.* 1857 p. 366 ligno express., *coll.* tab. 11 et p. 66, ubi *Atilano*, item de Payan-Dumoulin *ann. du Puy* 21, 1857/8 p. XXXIX.

Ateano nomen Gallicum cum syllaba praefixa *Ate-* compositum (cf. Holder I 253 sq.) redit supra n. 1 et infra n. 22a.

---

13 forma non indicata). St.-Pourçain-sur-Besbre [Moulins ap. Bertrand].

ATTIИSO

Bertrand misit.

Nomen corruptum videtur; fortasse fuit *Atteano*.

---

14 *a* equus, *b* mulier. Vichy [Moulins ap. Bertrand].

a BAARVS *b* BAARI

a. *b* Hirschfeld descr.

---

15 protome mulieris. Clermont [Moulins mus. (coll. Tudot)].

BILINIC

Hirschfeld descr. Tudot tab. 13 et p. 66; Bertrand *rev. Bourb.* 1, 1884 p. 278; catal. Moulins p. 54 n. 827.

Belini Tudot, Bertrand, catalogus; videtur fuisse *Belini*[ccus]; cf. seq.

---

16 protome pueri. Lezoux [St.-Germain mus. n. 32436].

BELINICCI MAИV

de Ricci misit.

Idem nomen v. n. 10010, 281; litteras ae item ligatas v. supra n. 10011, 51.

17 (forma non indicata). Toulon-sur-Allier [Moulins fuit ap. Tudot; in museo Moulinensi extant tria ectypa *provenant de différents objets, en relief et en creux* CAT.].

Tudot tab. 11. Catal. Moulins p. 57 n. 895: L·BESPID.

L. Bes . . .

---

18 vir cinctus. Toulon-sur-Allier [St.-Germain mus. n. 27972 (coll. Esmonnot)].



Hirschfeld descr., de Ricci misit ectypum. Tudot *bull. mon.* 1857 p. 368 ligno express., *coll.* tab. 13, (descr. tab. 44: CABANTIVS); *catal. de l'exposit. univ. 1867, hist. du trav.* p. 69 n. 945: CARILLVS RECT; Bertrand *rev. Bourb.* 1, 1884 p. 278: CALDITILVS.

1 *Carantius*. — 2 videtur *Ricci*, sed vide, num fuerit *feeit* neglegenter scriptum; cf. infra n. 43.

---

19 *a* Venus. St.-Pourçain-sur-Besbre [Moulins ap. Bertrand].
b Mater. St.-Rémy-en-Rollat [Moulins mus.].

a CIIRTINC

a Hirschfeld descr. Bertrand *rev. Bourb.* 1, 1884 p. 353.
b Déchelette *rev. arch.* s. III 38, 1901 p. 399: CIIR . . . O.

---

19 *c* Venus. Toulon-sur-Allier [St.-Germain mus. n. 28017 (coll. Esmonnot)].

CIIRTID
AI

Hirschfeld descr., de Ricci misit.

1 *Certi*(*u*)*o* male scriptum? 2 cf. supra n. 6—10.

---

20 *a* cathedra. Toulon-sur-Allier [Moulins mus. (coll. Tudot)].
b Mater. Toulon s. A. [Moulins mus.].
c fragmentum formae incertae. Toulon s. A. [Moulins ap. Bertrand].
d (forma non indicata) Toulon s. A. [Moulins fuit ap. Tudot].
e Mater. Toulon s. A. [St.-Germain mus. n. 28137].

d C. COSSI MA· *e* COSSI·M

a MAИVS COSIVS *e* ИVS OSIVS *b* COSSI·ACAI

a Hirschfeld descr. Tudot *congr. scientif.* 25, 2, 1858 p. 213 ligno express., *coll.* tab. 11 et p. 66; catal. Moulins p. 53 n. 811 *bis*, ubi *Cossius*.

b Hirschfeld descr. Tudot *bull. mon.* 1857 p. 368 ligno express., coll. tab. 11; catal. Moulins p. 53 n. 828.

c Hirschfeld descr.

d Tudot tab. 11 et p. 66; Bertrand *rev. Bourb.* 1, 1884 p. 278.

e Hirschfeld descr. Tudot tab. 11.

Hastae in fine sigillorum *d* et *e* interpunctionis signa; *b* *Cossi Aca* aut *Acai*(*i*).

Digitized by Google

10015 21 taurus. Lescux rep. et videtur [Roanne mus.].

IAMOMARO FECIT

Déchelette misit.

---

22 *a—c* Venus, d. ad capillum admota, s. vestem demissam tenens. Toulon-sur-Allier [Moulins *a* fuit ap. Tudot; *b* (fragmentum) mus.; *c* fuit ap. de Payan-Dumoulin].
d protome mulieris. St.-Pourçain-sur-Besbre [St.-Germain mus. n. 28156].

a (scutinaeus litt. ext. a d. ad s. (in archetypo stilo occ. cont); *c* (ibidem, sed litt. certis deperditorum vestig.

a—d IOPPILLO

a extrinsecus stilo occ. s. arg. coct.:

ÞTILANO
C

a Tudot sigillum unum p. 64, utrumque tab. 3 in imag.
b Catal. Moulins p. 41 n. 443.
c de Payan-Dumoulin *ann. du Puy* 21, 1857/8 p. VIII et IX (repetitum p. XL et LXII: IOPILLO), ibidem memorat *nom gravé sur la partie extérieure*.
d Hirschfeld descr., de Ricci misit.
Ad sigillum duplex *a* cf. praef. p. 464; *Ateano* solum scriptum v. supra n. 12, iunctum cum duobus aliis n. 1. — *Ioppillo* redit infra in exemplo expresso; cf. ibidem *Ioppios*.

---

23 *a* protome, *b* Venus. Toulon-sur-Allier [Moulins mus.].
c, *d* Venus. Toulon s. A. [Moulins mus. (coll. Tudot)].
e Venus. Toulon s. A. [St.-Germain mus. n. 28133].
f Mater. Toulon s. A. [St.-Germain mus. n. 28165].

a—e IVLI *f* IVLIC

a Catal. Moulins p. 41 n. 434.
b Hirschfeld descr. Catal. Moulins p. 54 n. 823.
c Hirschfeld descr. Tudot *bull. mon.* 1857 p. 366, *coll.* tab. 13 et p. 66 et descr. tab. 22; de Payan-Dumoulin *ann. du Puy* 21, 1857/8 p. XXXIX; *catal. de l'exposit. 1867, hist. du trav.* p. 69 n. 939; catal. Moulins p. 42 n. 504.
d Tudot ll. cc.; catal. Moulins p. 55 n. 839.
e, *f* Hirschfeld descr.
f signum in fine non litteras videtur.

---

24 Mater. Autun [ibi ap. Bullliot].

IAETVS

Hirschfeld descr.

---

25 *a* protome, *b* Venus. Vichy [Moulins ap. Bertrand].

V
a LIINTVLI

a, *b* Bertrand misit, *b* \ertvli\.

---

26 *a* Mater, *b* cathedra Matris, *c* homo vestitus (ex. III), *d* Venus (ex. II). Toulon-sur-Allier [Moulins mus. (coll. Tudot)].
h Venus [St.-Germain mus. n. 28139 (coll. Esmonnot)].
i Venus. Vichy [Moulins ap. Bertrand].
k Venus. Clermont [Moulins mus.].

a AIBVRARIS *b* FIBVRARIS *ate*
c AIBVARIS *h* IMIBVRARIS

a Hirschfeld descr. Tudot tab. 10 in imag. et v. 66 (v. exemplum expressum tab. 25); *catal. de l'exposit. 1867, hist. du trav.* p. 69 n. 938; catal. Moulins p. 54 n. 838.
b Hirschfeld descr. Tudot *bull. mon.* 1857 p. 366 ligno express., *coll.* tab. 11; de Payan-Dumoulin *ann. du Puy* 21, 1857/8 p. XXXIX; *catal. de l'exposit.* cet. p. 69 n. 943; catal. Moulins p. 54 n. 822.
c Hirschfeld descr. Tudot *congr. scientif.* 25, 2, 1858 p. 212 ligno express., *coll.* tab. 11 et p. 66: LIBRARIS; Bertrand *rev. Bourb.* 1, 1884 p. 278; catal. Moulins p. 54 n. 831.
d Hirschfeld descr.: LIBIOBARIS.
e Catal. Moulins p. 22 n. 4: LIBERARIS.
f Catal. Moulins p. 41 n. 441: ERARIS.
g Catal. Moulins p. 42 n. 506: . . BERARIS.
h Hirschfeld descr.
i Bertrand misit: LIMI\.
k Catal. Moulins p. 54 n. 828: LIBER.
Laberaris; in exemplo *b* littera L male scripta F similis est; in ex. *c* a excidit (v. praef. p. 464 et infra in scariphatis exempla alia litterarum omissarum, cf. supra n. 10007, 1); in ex. *h* initio sunt hastae significationis incertae.

---

27 leo. Toulon-sur-Allier [Moulins mus.].

LVOMI

Tudot *bull. mon.* 1857 p. 368 ligno express. et p. 366, *coll.* tab. 13 et p. 66 et descr. tab. 62; de Payan-Dumoulin *ann. du Puy* 21, 1857/8 p. XXXIX; Bertrand *rev. Bourb.* 1, 1884 p. 278: LVOVNI; catal. Moulins p. 29 n. 130. *Lucani*.

---

28 *a* protome. Vichy [Moulins ap. Bertrand].
b nux. Vichy [Moulins mus.].

MA

a Bertrand misit.
b Catal. Moulins p. 50 *n.* 746.

---

29 Venus *a* Toulon-sur-Allier [Moulins mus. (coll. Tudot)].
b Toulon-sur-Allier [St.-Germain mus. n. 28140 (coll. Esmonnot)].

litt. ext. signacula inprim.

a \MARTINI\

a Hirschfeld descr. Tudot *bull. mon.* 1857 p. 358 ligno express. — *coll.* tab. 10 et p. 66, cf. descr. tab. 23; catal. Moulins p. 54 n. 814.
b Hirschfeld descr., de Ricci misit: MARTIN\.

---

30 Venus. Vichy [Moulins ap. Bertrand)].

\IIDIKVS

Bertrand misit.
Vide supra n. 10010, 1324: *Medilus* vel *Medabilus*.

---

31 protome. *Le Forêt* prope Toulon-sur-Allier [Moulins ap. Bertrand].

MIRCI

Bertrand misit, ed. *rev. Bourb.* 1, 1884 p. 353.
Num bene exceptum sit, dubitamus.

---

32 *a* forma rotunda pulcherrima protomae mulieris. Toulon-sur-Allier [St.-Germain mus. n. 27966 (coll. Esmonnot); octypa extant in museis Moulins et St.-Dié].
b basis statunculae. St.-Pourçain-sur-Besbre [St.-Germain mus. n. 28159 (coll. Esmonnot)].
c vir. St.-Pourçain-sur-Besbre [St.-Germain mus. n. 28158 (coll. Esmonnot)].

Digitized by Google

[10015 32]

d Mercurius. St.-Pourçain-sur-Besbre [St.-Germain mus. n. 28026].
e protome. Clermont [St.-Germain mus. n. 28164 (coll. Esmonnot)].
f Venus. Clermont [Moulins mus. (coll. Tudot)].
g taurus. Clermont [Moulins mus.].
h caput equi, rep. prope Clermont [Paris fuit ap. Gréau].
i–*l* fragmenta formarum. s. l. [St.-Germain mus. n. 28109. 28155].

b NATTOS *c* NATTI FORMA (retro M)

c ATTI FORMA *h* NATTI IO *e* NATTI

a Hirschfeld descr. Tudot *congr. scientif.* 26, 2, 1859 p. 441 ligno express., *coll.* tab. 7 et p. 66 cf. tab. 53; ectypum mus. Moulinensis: catal. Moulins tab. XVIII et p. 50 n. 753; ectypum mus. St.-Dié: Save *bull. philomath. vosg.* 12, 1887 p. 318.
b Hirschfeld descr., de Ricci misit.
c, *d* Hirschfeld descr., *d*: ⟨AM .
e Hirschfeld descr. Tudot *coll.* tab. 18.
f Catal. Moulins p. 43 n. 518: NAT.
g Catal. Moulins p. 55 n. 845: ⟨TI.
h Hirschfeld descr.
i Hirschfeld descr., *i*²: ⟨ATTI IOS; *i*³: NATT⟩.
Natti (*Arvernis*) statunculas expressas v. infra n. 82; idem figulos et lucernas (v. supra n. 10001, 226) et vascula vulgaria fecit (v. 10010, 1414); cf. praefationem.

33 *a* gallus. St.-Pourçain-sur-Besbre [Moulins mus. (coll. Esmonnot)].
b Mater. [St.-Germain mus. n. 27951 (coll. Esmonnot)].
c mulier cum cornu copiae [St.-Germain mus. n. 28022 (coll. Esmonnot)].

a. *c* PISO *b* P SO (*alter*)

a Catal. Moulins p. 55 n. 838 *bis*.
b, *c* Hirschfeld descr.

34 *a* Venus. Autun [mus. ex. II].
b Mater. Autun [mus.].
c medicula. Autun [ibi ap. Bulliot].
d gallus. Autun [mus.].
e Venus. Autun [mus.].
f *fruit rond de la grosseur d'une noix.* Autun [mus.].
g Mater. Autun [ibi ap. Bulliot].
h cuculla. Autun [ibi ap. Bulliot].
i cathedra scirpea. Autun [mus.].
k Venus. Autun [ibi ap. Bulliot].
l *buste vêtu à tête chauve.* Bourbon-Lancy *au Châtelet.*

(*figlia p. l* (quod prodiit ex stamparolo archetypo signato) *k. l* (destrorsum versum) oligoruolo impressa, *l* (dextrorsum versum) in archetypo stilo scriptum erat, reliqua delito more in tergla formarum incisa erant)

g PISTILLVS FECIT (intrinsecus lin. curio)

k P (stilo sec. h. arg. vers. PISTILLVS (extrinsecus lin. curvo)

l ⟨ISTILLVS (intrinsecus lin. rec.)

(*in hac*): PISTILLVS (lin. rec.) (*in revers*): PISTILLVS (lin. curva)

a. *h* PISTILLVS *c* ⟨LV S *d* E *e*. *f* P

a de Fontenay tab. XXV 544. 545 = p. 82. 83.
b de Fontenay l. c. 546 = p. 83.
c de Fontenay l. c. 553.
d de Fontenay l. c. 554 = p. 84.
e de Fontenay l. c. 555.
f de Fontenay l. c. 556.
g de Fontenay tab. XXVII 557 = p. 84; *cf.* p. 90.
h de Fontenay l. c. 560 = p. 85: PISTILLV⟨.
i de Fontenay l. c. 561.
k de Fontenay tab. XLIV 650 et 651 = p. 127.
l Mélin-Bertrand *bull. archéol. du comité* 1892 p. 259.
Q. Val(*eri*) *Flaviani diamisus ad aspritud*(*ines*). — *Q. Val*(*eri*) *Flaviani suvodes ad veter*(*os*) *cic*(*atrices*) *ex t*(*ela*). — *Q. Val*(*eri*) *Flaviani diasmyrnes post imp*(*etum*) *p*(*rimum*) *ex ov*(*o*). — *Q. Val*(*eri*) *Flaviani dielepidos ad vet*(*eres*) *cic*(*atrices*) *ex ti*(*lia*).

b v. 2 ext., *d* v. 2 ext. sequor interpretationem Thedenati.

Digitized by Google

10021 188 Steatitis viridis long. m. 0,055, lat. m. 0,011, crass. m. 0,008. Rep. a. 1847 (a. 1820 Sichel falso) in agro vici *Tronent* 14 chiliom. versus orientem ab oppido *Edinburgh* (*Scotland*) distantis. Extat in museo Edinburgensi.

a L VAL LATINI EVODES AD CI
C-TRICES ET ASPRITVDIN

b. d vacant

c L VAL LATINI APABCR•
CODES AD DIATHESIS

Descripsi ad ectypum cereum a Mowato datum. Ed. D. Wilson *journal of the archaeol. associat.* V (1850) p. 351, *the archaeology and prehistoric annals of Scotland* (Edinburgi a. 1851. 8°) p. 393; A. Way *archaeol. journal* VII (1850) p. 359 cf. *Bonner Jahrb.* XX (1853) p. 176; J. Y. Simpson *monthly journal of medical science* 1851 p. 252 (cf. *annales d'oculistique* XXVI (1851) p. 91 et tab. I fig. 1), *archaeological essays* (Edinburgi 1872 8°) II p. 239 cum imagine; Sichel *neue. recueil* p. 58; *Catal. of the national museum of antiquities of Scotland* (Edinburgi a. 1832. 8°) p. 224 cum imagine; Espérandieu n. 178. A prioribus Wright *the Celt* p. 246; Becker *Jahrb. für Philol.* LXXVII (1858) p. 589, *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 849; Grotefend *Philol.* XIV (1859) p. 630, *Stempel* p. 117 n. 96; *C. I. L.* VII n. 1319. Citat Bonnel-Lewis *archaeol. journal* XLV (1888) p. 227 a solam.

L. Val(eri) Latini evodes ad cicatrices et aspritudin(es). — L. Val(eri) Latini apalocrocodes ad diathesis.

189 Steatitis viridis long. m. 0,036, lat. m. 0,027, crass. m. 0,009. Rep. a. 1898 Mediolani Santonum *dans un jardin situé en face de l'angle ouest du cimetière Saint-Vivien et limitrophe du jardin Mollard* DANG.; vendita museo Santonensi.

a VAL·PHILEROTIS·
ITALIC·ADDIATES

a VAL·PHILER•TIS
CYCNIVM LEN

b. d vacant

In planitie superiore:

EV
C VAL

Descripsi ad ectypum cereum a Carolo Dangibeaud musei Santonensis praefecto missum. Ed. Dangibeaud *recueil de la comm. des arts et mon. de la Charente-inférieure* ser. V tom. I (1899) p. 55; Espérandieu *revue épigr.* IV (1901) p. 150 cum imagine (inde [J. Offord] in ephem. *the Lancet* 19 April. 1902).

Val(eri) Philerotis italic(um) ad diathes(es). — Val(eri) Philerotis cycnium len(e). — In planitie: *Val(eri)*; reliqua non perspicio.

190 Schistos viridis fastigatus long. et lat. m. 0,053, crass. m. 0,012. Rep. a. 1892 in agro vici *Monthey-Saint-Pierre* (*Ardennes*) loco dicto *la Carette* vel *Crèvecœur* LAVR.; delatus in oppidum *Mézières* (*rue Hachette* v. *S.*) ad Eugenium Castelin, ubi servatur.

a M VAL SEDVLI DIASM
YRN POST IMP LIP EX O

a M VAL SEDVLI DIAMI
SVS CROCO AD ASPR VE

b M VAL SEDVLI EVODE
S AD ASPRIT ET CICA VE

d M·VAL·SEDVLI PENICIL
LE AD OMNE LIPP EX OVO

Descripsi ad ectypum cereum a possessore missum. Ed. Laurent *variétés ardennaises* fasc. 12 (1892) p. 51; Héron de Villefosse *bull. archéol. du com. des trav. hist.* 1893 p. 242; Espérandieu n. 104 *bis*. Memorant *les Nouvelles de l'Intermédiaire* (Paris. 8°) 30 Mai. 1893 p. 115.

M. Val(eri) Seduli diasmyrn(es) post imp(etum) lip(pitudinis) ex o(vo). — *M. Val(eri) Seduli evodes ad asprit(udines) et cica(trices) vet(eres).* — *M. Val(eri) Seduli diasmirna croco(des) ad aspr(itudines) ve(teres).* — *M. Val(eri) Seduli penicille ad omne(m) lipp(itudinem) ex ovo.*

191 Steatitis viridis long. m. 0,063, lat. m. 0,031, crass. m. 0,013. Rep. c. a. 1835 (1837 Bégin, 1834 Saint-Ménin) ad Mediomatricos, in vico *Daspich, par un propriétaire, sous le pavé d'une cour de sa maison* &c.; fuit ibi apud Rougé; postea Mettis apud Dufrêne; novissime ex collectione Aemilii Huber pervenit in museum Sangermanense, ubi extat sub n. 9033.

a Q·VALERI·SEXTI·STAC
TVM·AD·CALIGINES
OPOBALSAMATVM

b. d vacant

c G•VITALI·AMANDI
ONIS·CLORON

Descripsimus Hirschfeld et ego. Exhibent Bégin in ephem. *le Courrier de la Moselle* Sept. 1836 q. n. v. (inde *Journal des débats* 9 Sept. 1836), *annuaire de la Moselle* 1837 p. 130, *lettres* p. 111 et tab. VII n. 2; V. Simon *mém. de l'acad. de Metz* a. XX (1838—1839) p. 287 et tab. I fig. 10 (inde Fevret de Saint-Ménin *mém. de la comm. des ant. de la Côte-d'Or* II, 1840—1846 p. 191), cf. a. XXI (1839—1840) p. 185, a. XXV (1843—1844) p. 268; *Giornale arcadico* LXXIV (1838) p. 123 a solam (inde Henzen n. 7249); Overbeck *Katalog des rheinischen Museums* (Bonn a. 1851. 8°) p. 150 n. 10 ad ectypum gypseum in museo Bonnensi servatum; Verronnais *suppl.* (Metz a. 1852. 8°) p. 369; Brambach *C. I. Rh.* n. 1875 (vico *Dechsberg* falso tribut.) ex ectypo musei Bonnensis; Espérandieu n. 57; Kraus *Els. Lothr.* III p. 86; Hoffmann *die Kleinaltertümer des Museums der Stadt Metz* p. 29. A prioribus Grotefend *Philol.* XIII p. 161 n. 64, *Stempel* p. 118 n. 97.

c litteris deterioribus scriptum.

Q. Valeri Sexti stactum ad caligines opobalsamatum. — *G. Vitali Amandionis cloron.*

192 Schistos fuscus long. m. 0,049, lat. m. 0,048, crass. m. 0,012. Originis incertae; extat Parisiis in nummophylacio.

a L·VAR·HELIODORI
EVVODES AD CICA

a ·LIODORI·
·EPID AD CICATR·

b L·VAR·HELIODORI·
DIAMIS YOS·AD·ASPR·

d L VARI·
PALLAD·

In planitie superiore: Inferius:



Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Sichel *cinq cachets* p. 9; Duchalais *observ.* p. 44 — *mém. des antq. de Fr.* XVIII (1846) p. 200 (inde Grotefend *Philol.* XIII p. 162 n. 65 cf. Osann *ibid.* XIV p. 640, *Stempel* p. 119 n. 98); Philippe *trav. de l'acad. de Reims* VI (1847) p. 251; Espérandieu n. 180.

d v. 1 . . . ELIODORIDIAL Sich. male, qui v. 2 in. L omittit, fracturam non indicans. In planitie: SCRIPSIT | MA.....E | D·M· OL· Duch.; Sichel omittit.

L. Var(i) Heliodori evvodes ad cica(trices). — *L. Var(i) Heliodori diamysos ad aspr(itudines).* — *[L. Var(i) H]eliodori [dia]lepidos ad cicatr(ices).* — *L. Var(i) H[eliodori] pallad[ius . . . .].* — In plano: *Scribsit M. . . . . .*

Digitized by Google

10021 193 Steatitis viridis fragmentum long. m. 0,025, lat. m. circa 0,009, crass. ab una parte m. 0,007, ab altera m. 0,004. Rep. a. 1899 *Néris, derrière les arènes, entre le faubourg de Péchin et celui de la Croix-Coq* VILL.; ibi apud Barret bolitorem.

a VEREC
SCAB

b perlit

c ADS

d vacat

Descripsi ex ipso lapide a Chenesseau thermarum Neriomagensium administratore communicato. Ed. Héron de Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1900 p. 285; Espérandieu *revue épigr.* IV (1901) p. 185 cum imagine; Moreau de Néris *Néris* (Paris. a. 1902. 4°) p. 189.

Verec[undi ad] scab[ras genas]. — Ad s[.....?]. Héron de Villefosse proposuit *Verec[undi ad] scab[ritias omnes]; — ad s[uppurationes]*.

---

194 Schistos niger long. m. 0,050, lat. m. 0,024, crass. m. 0,008. Rep. a. 1846 prope vicum *La Hérie* (*Aisne*) in horto inter ruinas q. d. *de Terra*; dono Augusti Piette ialatus museo societatis academicae Laudunensis.

a M·VIGELLI·HERASISTRA
TI·CROCODES

b MARCI·
NARDI

c M·VIGELLI·Ø DIAP
HERASISTRATI SORI

d MARCI·
CELIDO

Descripsi ad ectypum cereum a Seymour de Ricci submini stratum. Exhibent Piette *journal de Vereins* 14 Oct. 1848 cum tabula lithographica (inde Janssen *revue archéol.* VI (1849) p. 576 vv. non divisis), idem *bull. de la soc. acad. de Laon* IV (1855) p. 528 cum imagine (inde Loriquet *Reims* p. 288; Becker *Jahrb. für Philol.* LXXVII p. 588), idem *itinéraires gallo-rom.* (Laon a. 1862. 8°) p. 316 n. 1; Catalogus musei soc. acad. Laudunensis, *Bull. de la soc. acad. de Laon* XII (1860/1) app. p. XVI n. 25; Fleury *ant. de l'Aisne* (Paris. a. 1878. 4°) II p. 30 qui aere expressit. A prioribus Grotefend *Philol.* XIII p. 162 n. 66, *Stempel* p. 120 n. 99; Espérandieu *recueil* n. 71.

M. Vigelli Herasistrati crocodes. — Marci nardi(num). — M. Vigelli Herasistrati diapsori(cum). — Marci c(h)elido(nium).

---

195 Lapillus rep. a. 1848 in territorio vici *Kenchester* (*Herefordshire*); ubi servetur ignoro.

a T·VINDAC·ARIO
VISTI·ANICET

b T·VINDACI·ARI
OVIST·NARD

c ‹ VINDAC·ARI
OVISTI·CHL•R•N

d T·VINDAC·ARIO
VISTIC.....

in pinacidio superiore (litt. retrors. script.):
SENIOR

inferius (item):
SEN

Exhibent Roach Smith *journal of the British archaeol. association* IV (1849) p. 280 (inde Way *archaeol. journal* VII (1850) p. 359 cf. *Bonner Jahrb.* XX (1853) p. 176; Espérandieu n. 77); J. Y. Simpson *monthly journal of medical science* 1851 p. 250 et tab. III fig. 10 (inde Wright *the Celt* p. 242; Becker *Jahrb. für Philol.* LXXVII (1858) p. 589; Grotefend *Philol.* XIII p. 163 n. 67, *Stempel* p. 121 n. 100; Hübner *C. I. L.* VII n. 1320), idem *archaeol. essays* II p. 285 et tab. a. X.

d v. 2 VIST· cum exemplum manu scriptum in *the scrapbook of the Perth antiquarian Society*, quod Hübner vidit; CALLIN Simps.; unde Grotefendius *callib[epharium]* supplevit.

T. Vindac(i) Arioviti anicet(um). — T. Vindaci Ar[i]oviti nard(inum). — [T.] Vindac(i) Arioviti chloron. — T. Vindac(i) Arioviti c .....

Sequor lectionem Smithi; *b* 1 ext. potest fuisse AR. Supplementum *callib[epharium]* dubium est.

---

196 Schistos rufus long. m. 0,052, lat. m. 0,022, crass. m. 0,009. Rep. a. 1868 Burdigalae inter cloacae fossionem *au carrefour formé par les rues Lacaze et de la Chartreuse, à 10 mètres environ de la place Mériadec* VILL. una cum multis fragmentis vasculorum Arretinorum; olim Burdigalae apud Delfortrie; ubi hodie sit ignoro.

a IVII/////I/////////
AKT/////I//////PƐTVI·

b litterarum vestigia incerta

c ////////////IV
I·I)\V/////////\DA

d P·VINDICIS
DIOXSVS

Descripsi ad ectypum cereum a Villefossio submini stratum. Exhibent Delfortrie *recueil des actes de l'Académie de Bordeaux* 1868 p. 517, *mém. société arch. de Bordeaux* VII (1880) p. 177, cf. *bull. de la soc. archéol. d'Ille-et-Vilaine* IX (1875) p. LXVI, ubi est sola *d*; Allmer *revue épigr.* I (1881) p. 209 ad ectypum; Villefosse-Thédenat *bull. mon.* XLIX (1883) p. 181; Jullian *inscr. rom. de Bordeaux* I p. 439; Espérandieu n. 35.

a Delfortrie *soc. archéol.*: ///I/////////IARI//////PLFVI·..; Allmer: P·VINDICI *////// | AIBAV//////IMPETVL·; Villefosse-Thédenat: ////////////// | ARP/////// ///PETVM; Jullian: ////////\////N//////A////\ | ARPA/////S/IMPETVM. — *c* om. Delf.; Allmer: P·VIN/////////IM | IIA//////////////; Vill.-Théd.: ///////// | ///////DA; Jull.: /////////M | I·///B.A.//////IDA (m vel ni pro vel potius VIR ... eis aut ens). — *d* Delf. *acad.*: P·VINDICL. | DIOXSV, *soc. arch. Bord.*: P·VIP'DICL. | DI°XSV; Allm.: P·VINDICI | DIOXSV«; Vill.-Théd.: P·VINDICIS | DIOXSV«; Jull.: P·VINDICIS | DIOXSV°.

P. vel *P(....) Vin[dicis? ... di]arb[odon vel arpaston? ad* vel *post i]mpetum. — ..... ad a(spritudines). — P.* vel *P(....) Vindicis dioxus.*

---

197 Steatitis viridis long. m. 0,038, lat. m. 0,011, crass. m. 0,009. Originis incertae; servabat Trafford Leigh Esq., unde ex Asia minore eam provenisse conicit A. W. Franks MVSEVM.; nunc est in museo Britannico.

a M·VITEL CRES
STACT AD CLAR

b. d vacat

c perlit

in pinacidio superiore exaratum est:
VA

inferius:
SOLI

Descripsi ad ectypum cereum ab A. S. Murray musei Britannici praefecto missum. Ed. S. Birch *archaeol. journal* VIII (1851) p. 210 cf. Gerhard *archaeolog. Zeitung* IX (1851) p. 40 (inde Klein *Bonner Jahrb.* XXVI (1858) p. 174; Grotefend *Philol.* XIII p. 163 n. 68, *Stempel* p. 121 n. 101); Hübner *C. I. L.* VII n. 1321; Espérandieu n. 9.

v. 1 ext. CRESC Grotef. per errorem.

M. Vitel(li) Cres(centis) stact(um) ad clar(itatem).

'Quae in lateribus graphio incisa sunt, nomina possunt indicare *Va(leri) Soli(ni)* vel similia' MVSEVM.

Digitized by Google

10021 198 Steatitis viridis long. m. 0,037, lat. m. 0,036, crass. m. 0,009. Originis incertae, *but it can be traced to a Colchester owner, and Mr. Franks therefore thinks it may have been found there* HAVERF.; inlata dono Franksii a. 1892 in museum Britannicum.

a CVP
SEPIDOS CROCOD
OMNIA VITA

b CVLP DECIMIN
PENICILLE

c CVLDE? (imperf.)

d vacua

Descripsi ad ectypum cereum ab A. S. Murray musei Britannici praefecto missum. Ed. Espérandieu n. 49; Haverfield *archaeological journal* L (1893) p. 306 = *roman inscript. in Britain* III (1892—1893) p. 32.

a. l. v. 1 Primae litterae pars superior periit; l. Haverfield.

C. Ulp(i) Decimini dialepidos crocod(es) [a]d omnia vitia. — C. Ulp(i) Decimini penicille. — C. Ulp(i) De(cimini) ...

---

199 'In ripa Gallica prope Noviomagum ante paucos menses rep.' CYPER; 'lapillus viridis apud me, politus et quadratus, unius fere est in quadrum pollicis, crassitie tertiam circiter digiti partem aequat' AMETHYS. Periit.

a M VLPI HERACLETIS
STRATIOTICVM

b M VLPI HERACLETIS
DIARODON AD IM

c M VLPI HERACLETIS
CYNARIVM AD IMP

d M VLPI HERACLETIS
TALASSEROS A

Exhibent Gisbert Cuper in litt. d. IV nonas Mart. a. 1672 ad Nicolaum Heinsium datis (apud Petr. Burmann *syllog. epistolar. a viris illustrib. scriptar.* II (1725. 4°) p. 671); I. Smetius *antiquit. Neomag.* p. 98 (inde pendent posteriores: Spon *miscell.* p. 236, ex hoc Mongez *encyclop. méthod., antiquités* (Paris. a. 1786—1794. 4°) IV p. 346; Caylus *recueil d'antiq.* I p. 225; Walch *sigill.* p. 38, *ant.* p. 81 ex hoc Saxius *epist.* p. 23; [In de Betouw] *de operculis pyxidum M. Ulpii Heracletis myropolae prope Neomagum inventis* (Noviomagi a. 1767. 8°) p. 2, *Jets betreffende de gevondene oudheden op de Wenseling* (Noviomagi a. 1802. 8°) p. 11; Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 229 negligenter; Tochon d'Annecy *dissert.* p. 60 n. 1 vv. non divisis; Kühn *index med. ocul.* V, 5; Janssen *Bonner Jahrb.* VII (1845) p. 74 n. 16; Ravenez in translat. *Alsat. illust.* Schoepflini III p. 131 *e solum*; Grotefend *Philol.* XIII p. 160 n. 62, *Stempel* p. 115 n. 93; Brambach *C. I. Rh.* 76; Espérandieu n. 117).

M. Ulpi Heracletis stratioticum. — M. Ulpi Heracletis diarodon ad im(petum). — M. Ulpi Heracletis cynarium ad imp(etum). — M. Ulpi Heracletis talasseros a(d) ....

Sequor lectionem Smetii. V. signaculum sequens.

---

200 Steatitis viridis long. m. 0,038, lat. m. 0,034, crass. m. 0,008. Rep. a. 1671 exeunte infra Noviomagum, in agro Camerae Lennepiae proximo, vulgo *de Wenseling* ad ripam Vahalis [IN DE BETOVW]; habuit Laurentius van den Bergh vir consularis Noviomagensis AMET.; nunc in museo Leidensi ex collectione J. In de Betouw empta JANS.

a MARCI VLPI HERA
CLETIS MELINVM

b MARCI VLPI HERA
CLETIS TIRINVM

c MARCI VLPI HERACL
ETIS DIARICES AD

d MARCI VLPI HERA
CLETIS DIAMYSVS

Descripsi ad ectypum cereum ab Alexandro musei Leidensis praefecto missum. Exhibent I. Smetius *ant. Neom.* p. 99 (inde Spon *miscell.* p. 237, ex hoc Mongez *encyclop. méthod., antiquités* IV p. 347; Caylus *recueil d'antiquités* I p. 226; Walch *sigill.* p. 37, *ant.* p. 78 ex hoc Saxius *epist.* p. 29 ab eo Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 229; Espérandieu n. 190); [In de Betouw] *de operculis pyxidum* p. 1, *Jets betreffende de gevondene oudheden op de Wenseling* p. 11; Janssen musei *Lugd. Batav. inscript.* p. 163 et tab. XXXII n. 542 (inde Brambach *C. I. Rh.* n. 75), *Bonner Jahrb.* VII (1845) p. 75 n. 17 cum imagine; Steiner *cod. inscript. rom.* II p. 269 n. 1429. A prioribus Tochon d'Annecy *dissert.* p. 60 n. 2 vv. non divisis; Kühn *index med. ocul.* V, 7; Grotefend *Philol.* XIII p. 161 n. 63, *Stempel* p. 115 n. 94. Memorat Triller *ord. med. paneg.* p. XII.

Marci Ulpi Heracletis melinum. — Marci Ulpi Heracletis tirinum. — Marci Ulpi Heracletis diarices a(d) d(intheses?). — Marci Ulpi Heracletis diamysus.

V. signaculum praecedens.

---

201 Lapis lydius (*Probierstein*) long. et lat. m. 0,044, crass. m. 0,007. Rep. a. 1895 prope vicum *Rottweil, in dem römischen Lager* HAUG-SIXT; *Eigentum der Reichslimeskommission* testibus iisdem.

a M · VLPI · THEODORI
CROCODES

b, c, d vacant

M[ettler] *schwäb. Merkur* 1895 n. 244 et denuo *Limesblatt* 1896 col. 515 sine textu; Hettner *Archaeol. Anzeiger* 1895 p. 213; Haug et Sixt *die römisch. Inschrift. und Bilder Württembergs* (Stuttgart a. 1900. 8°) p. 59 cum imagine.

M. Ulpi Theodori crocodes.

---

202 Steatitis viridis, long. m. 0,040, lat. m. 0,039, crass. m. 0,008. Rep. m. Martio a. 1872 *Mandeure* in effossionibus DEVERGE.; delata *Montbéliard* in museum societatis archaeologicae.

a, b vacant

a M · VRBIC · SANCTI
AMETHYST DELAC DE[L]

d M · VRBIC SANCTI
MELIN DELACOPER

In planitie superiore.

iuxta c scriptum est I LIPPIT
II ASP
RITV
III C
CIATR

inferius:
A S P

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Duvernoy *notice sur le pays de Montbéliard* (a. 1873. 8°) p. 197 et tab. XI *b* = eadem, *de la soc. de Montbéliard* ser. II, 4 (1868—1874) p. 199 cf. p. 74; Espérandieu *revue archéol.* XVIII (1891) p. 352 = *nouvelle note sur un cachet inédit d'oculiste rom.* (Paris. a. 1891. 8°) p. 7, *recueil* n. 97.

M. Urbic(i) Sancti amethystin(um) delac(rimatorium) del(entorium?). — M. Urbic(i) Sancti melinum delacr(imatorium) oper(atum?). — In planitie superiore: I lippit(udo), — II asprit(udo), — III cic(h)atr(ices); inferius: asp(eritudo).

V. signaculum sequens.

---

203 Selenites fuscus, long. m. 0,038, lat. m. 0,035, crass. m. 0,010, rep. a. 1866 *Mandeure* inter rudera theatri antiqui METZ.; delata *Montbéliard* in museum societatis archaeologicae (*société d'émulation*).

a M · VRBICI SANCt
COENON AD KLIGI

b [illegible] · VRBICI SANCTI ST
ACTVM AD CLARIT ·

c M (imperfecta)

d M VRBICI SANC
tCY (imperfecta)

Digitized by Google

[**10031** 203]

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Sichel cui misserat Wetzel nouv. *recueil* p. 112; Duvernoy *notice sur le pays de Montbéliard* p. 15 et tab. X1; Espérandieu n. 86. Citat Espérandieu *revue générale d'ophthalmologie* 1890 p. 541.

M. Urbici Sancti comon ad h(a)ligi(nem). — M. Urbici Sancti stactum ad clarit(atem). — M(arci). — M. Urbici Sancti cy(enarium?).

V. signaculum praecedens.

204 ante a. 1772 rep. *in the neighbourhood of Littleborough* (*Nottinghamshire*) GENTL. MAG., *to Southwell* SIMPS. Periit aut latet.



Gentleman's magazine XLII (1772) p. 415 nere express., unde imago nostra repetita est (inde pendent posteriores omnes: Gough *Britannia* Camdenianа ed. II (1806) p. 291 et tab. 9 fig. 5; A. Way *archaeol. journal* VII (1850) p. 358 cf. *Bonner Jahrb.* XX (1853) p. 175; Simpson *monthly journal of medical science* 1851 p. 248 et tab. III fig. 8, *archaeol. essays* II p. 279 et tab. p. 286; Grotefend *Philol.* XIII p. 169 n. 73, *Stempel* p. 125 n. 108; *C. I. L.* VII n. 1321 *a*; Espérandieu n. 84).

In *a* fuit fortasse *T. A*[*nn*]*i stact*(*um*) *et clari*(*tatem*) litteris retrogradis scriptum; in *b dia*[*ps*]*oricu*(*m*); in *c sta*[*c*]*tu*[*m*].

205 Schistos viridis, long. m. 0,053, lat. m. 0,022, crass. m. 0,010. Rep. paulo ante a. 1846 in vico *Condé-sur-Iton* (*Eure*); fuit apud Bonnin musei Eburovicensis praefectum; ubi nunc sit ignoro.

Descripsi ad ectypum cereum Bonnini a Mowato datum. Ed. Bonnin *antiq. des Eburov., Condé-sur-Iton* p. 23 et tab. III n. 3; Sichel nouv. *recueil* p. 15 *a* solam, addens male *'la moitié d'inscription est reproduite deux fois'* (inde Grotefend p. 93 n. 69; Espérandieu n. 53).

[*? Marc*]*ellini* [*penic*]*illum.* — [*? Marc*]*ellini* [*dialib*]*anum.*

206 Stentitis viridis long. m. 0,025, lat. m. 0,024, crass. m. 0,004. Olim Nemausi penes Seguierum seo.; postea Parisiis apud Tôchon d'Annoci TÔCH.; cum collectione E. Durand pervenit in museum q. d. *le Louvre*, ubi extat sub n. ED 4618.

Descripsi. Exhibent Séguier cod. Paris. lat. 10930 p. 1544, ab hoc accepit Walch *antiq.* p. 52 (inde Saxius *epist.* p. 62; Gough in *Archaeologia* p. 238; *C. I. L.* XII n. 5691, 9); Espérandieu n. 120. A prioribus Tôchon d'Annoci *descript.* p. 17 (cf. p. 42), 67 n. 17 et tab. I n. 4 (ex hoc Grotefend *Philol.* XIII p. 169 n. 70, *Stempel* p. 124 n. 105).

Aromaticu(*m*). — *Melinu*(*m*). — *Psoricum.* — *Crocodem.*

207 *Ardoise bleue* long. m. 0,022, lat. m. 0,010, crass. m. 0,005. Origine incerta; extat *Baume-les-Messieurs* (*Jura*) in ecclesia parochiali *parmi des reliques provenant de l'ancienne abbaye* BRUNE.

CROCOD

Brune *bull. du comité* 1899 p. 110 (inde *rev. épigr.* IV (1900) p. 85) et denuo *bull. des ant. de Fr.* 1902 p. 256 cum imagine.

Crocod(*es*).

208 Steatitis viridis alt. et lat. m. 0,030, crass. m. 0,005. Rep. 18 Ian. a. 1897 *Vertault* (*Côte-d'Or*) iuxta thermas; *le cachet était de forme rectangulaire, il a été retaillé sur deux de ses tranches pour recevoir de nouvelles inscriptions* VELL.; delata *Châtillon-sur-Seine*, in museum.



a .....L.....
b CROCODESE
c DIAPSOR
d NARDINVM

Descripsi ad ectypum cereum a Lorimy, musei Castellionensis praefecto, missum. Edidit Héron de Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1897 p. 131 cum imagine. Memorat [J. Offord] in ephem. *the Lancet* 30 April. 1898.

.....*l*..... — *Crocodes c*..... — *Diapsor*(*icum*). — *Nardinum.*

209 Stentitis viridis long. m. 0,029, lat. m. 0,007, crass. m. 0,006. Rep. paulo ante a. 1848 prope *Villeréal* (*Lot-et-Garonne*); fuit *Villeneuve-sur-Lot* apud comitem A. de Chasteignier, qui postea transtulit Burdigalam; nunc *Vences* prope Parisios apud me.

Ed. Jullian *inscript. rom. de Bordeaux* II p. 264; Espérandieu n. 188 *bis*, *Marseille médical* a. XXXI n. 22 (15 Nov. 1894) p. 667 ad ectypum.

Crocodes. — *Thalas*(*s*)*ero*(*s*). — *Diasporic*(*um*). — *Tochrysu*(*m*).

210 Stentitis viridis long. m. 0,030, lat. m. 0,019, crass. m. 0,006. Rep. nescio quo anno apud Pictavos; dono Alfredi Bonnergent venit in museum antiquariorum, ubi extat.

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Villefosse-Thédenat *cachets* I p. 89 cum imagine ad ectypum; Ledain *épigr. rom. du Poitou* (Poitiers a. 1887. 8°) p. 82 = *mém. des ant. de l'ouest* 1886 p. 223; Espérandieu *épigr. rom. du Poitou* (Paris. a. 1889. 8°) p. 350 et tab. 50, *recueil* n. 136. Memorat Zangemeister *Westd. Korr.-Bl.* 1888 p. 18.

Diagla(*ucium*). — *Phos.* — *Diazmyr*(*nes*).

Digitized by Google

10081 211 Schistos fuscus long. et lat. m. 0,037, crass. m. 0,006. Rep. c. a. 1894 prope *Rugles* (*Eure*) *dans un endroit où l'on découvre beaucoup de tuiles romaines et de débris de poteries grises et samiennes* DESH. (in litteris ad me datis); fuit ibi apud Deshayes abbatem; nunc Parisiis (*rue Dareau n. 17*) apud Courtot *intendant général en retraite*.

a COLLYRIVM ❧ FOS POST IMPET

b DIAPSORICVM DELACRIMTOR

c DICENTETVM POST IMPETVM

d DIELAEVM ΛΕΝ AD SICCAM LIPP



Descripsi. Ed. Héron de Villefosse *comité des trav. hist., extr. des proc.-verb.* Iul. 1901 p. VI = *bull. arch. du com. des trav. hist.* 1901 p. CXV; Espérandieu *revue épigr.* IV (1901) p. 219 cum imagine.

Collyrium fos post impet(um). — *Diapsoricum delacrimator(ium).* — *Dicentetum post impetum.* — *Dielaeum len(e) ad siccam lipp(itudinem).* — In plano superiore: *redublicare ex sputo in ang(u)lo funtan(a)e.*

---

212 Steatitis viridis long. m. 0,034, lat. m. 0,016, crass. m. 0,01. Rep. Colonine Agrippinensium *in einem Sargtrog auf der Telegraphenstrasse* LERSCH; iam in museo Bonnensi.

a DIAZMRN

b ISOCHRYSVM

c. d vacua

Descripsit Zangemeister. Exhibent Lersch *Bonner Jahrb.* II (1843) p. 87 (inde Steiner *codex inscript. rom.* II n. 1156); Overbeck *Katalog des rheinisch. Museums* p. 150 n. 9; Brambach *C. I. Rh.* n. 358; *Album Cournault* (ms. in museo Saugermanensi servatum) f. 97 tab. VIII n. 5 *a* solum; [Hettner] *Katalog des k. rheinisch. Museums* (Bonn a. 1876. 8°) p. 67 n. 186. A prioribus Grotefend *Philol.* XIII p. 164 n. 72, *Stempel* n. 107; Espérandieu n. 51.

Diazmyrn(ae). — *Isochrysum.*

---

213 Schistos viridis long. m. 0,037, lat. m. 0,022, crass. m. 0,006. Rep. a. 1902 *Boulogne-sur-mer, dans un cimetière mérovingien situé entre la rue de Dringham et le n. 4 de la rue Framery* SAVV. Ibi in museo.

a ΔΙΚΕΝΤΗ

b vacat

c ΧΑΩΡΟΝ

d ΚΥΚΙ

Descripsi ad ectypum cereum a Sauvage medico musei Bononiensis praefecto missum. Ed. Sauvage *rapport sur les fouilles faites à Boulogne en 1902* (= *bull. de la soc. acad. de Boulogne-sur-mer* VI, 1902) p. 3 cum imagine photographa; Espérandieu *revue épigr.* IV (1902) p. 266 aere express.; Héron de Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1902 p. 299.

Δικέντη(ρα). — *Χλωρόν.* — *Κυκι(δρων).*

214 Steatitis viridis fastigata long. et lat. m. 0,037, crass. m. 0,006. Rep. Aptae paulo ante a. 1752 in sepulcro CAYL.; delata Parisios ad comitem de Caylus, postea apud Monges; deinde pervenit in nummophylacium, ubi extat sub n. 4707 *bis*.

a AD ASPRITVDI

b POST IMPETV·

c ·AD CALIGINE·

d LENEM·AD IMPE

in planitie superiore: inferius:

Hirschfeld et ego:

Blanchet:

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Caylus *recueil d'ant.* I p. 232 et tab. XC n. 3 (inde Walch *antiq.* p. 91; Saxius *epist.* p. 55; Gough in *Archaeologia* IX p. 236); Monges *encycl. méthod., ant.*, IV p. 349 cum imagine; Espérandieu n. 10; Adrien Blanchet *bull. des musées* III (1893) p. 238. A prioribus Töchon d'Annecy *dissert.* p. 65 n. 13; Grotefend *Philol.* XIII p. 163 n. 69, *Stempel* p. 123 n. 104 (inde Frühner *kritische Analekten d* solam).

Ad aspritudi(nes). — *Post impetum.* — *Ad caliginem.* — *Lenem(entum) ad impe(tum).*

---

215 Lapilli fragmentum rep. a. 1883 in tumulo, in territorio vici *Villeneuve-d'Allier* (*Haute-Loire*), loco dicto *Jatindes*, una cum multa supellectile: ascia, clavo, lagenis vitreis. Delatum *Brioude* ad Paulum Le Blanc; periit.

XOVO

De Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1886 p. 273 a Le Blanc acceptum (inde Espérandieu n. 75).

. . . . *e]x ovo.*

---

216 Steatitis viridis long. m. 0,034, lat. m. 0,028, crass. m. 0,008. Rep. a. 1865 in agro *Grézin* prope *le Broc* (*Puy-de-Dôme*) una cum tegulis romanis et fragmentis vasculorum Arretinorum; delata *Brioude* ad Mich. Chassaing iudicem, qui vendidit negotiatoribus Parisinis Rollin et Feuardent; hodie Parisiis apud Mowatum.

a

c

b И

d vacat

Descripsi. Exhibent *Notice de l'exposit. de Clermont-Ferrand* 1880 p. 64; Villefosse-Thédenat *cachets* I p. 196 n. XVIII ad formam ligno incisam; Espérandieu n. 69.

Haud scio an ad signaculum medici ocularii referenda sit.

---

217 Steatitis cinerea fastigata long. et lat. m. 0,021, crass. m. 0,009. Prodiit a. 1894 ex antiquissimo agri Frankenthalensis, qua spectat ad meridiem, coemeterio ripae Rheni proximo HILD.; Ibi in museo.

a \·A·Γ·K·C

b K·K·O

c A·T·M·P

d C·Δ·A·K

Descripsi ex ectypo cereo in schedis Caroli Zangemeister invento. Ed. Hildenbrand *Monatsschr. des Frankenthaler Altertumsvereins* Octob. 1896 p. 47 cum imagine (cf. Dec. 1896 p. 56) et denuo *signaculum medici ocularii romani* (Frankenthal a. 1897. 8°) p. 6, *die Kollyrien-Stempel* p. 12 n. 2.

Quid litterae, sine dubio graecae, significent, non constat.

Digitized by Google

Duo signacula quae sequuntur, cum sero in notitiam meam pervenerint, extra ordinem hic collocavi.

10021 218 Schistos viridis, long. m. 0,042, lat. et crass. m. 0,007. Rep. a. 1900 *Cirencester* (*Gloucestershire*); delatus ad Wilfridum Crippe HAVERF. (in litteris ad me datis); ubi extet nescio.

a ATTICI COL·LY·R·TVRINVM
AD OMNES·DOLORES·EX·OVO F

b ATTICI·LENE·AD OMNES·DOLO
RES POST·IMPETVM LIPPITV

c ATTICI·DIAGLAVCAEVM
AD OMNES DOLORES·F·

d ATTICI COL·LYR·MELI
NVM AD ASPRITVDIN·F

Misit Haverfield a possessore hodie defuncto descriptum.

Attici collyr(ium) turinum ad omnes dolores ex ovo f(aciens). — *Attici lene ad omnes dolores post impetum lippitu(dines).* — *Attici diaglaucaevm ad omnes dolores f(aciens?).* — *Attici collyr(ium) melinum ad aspritudin(es) f(aciens?).*

Debuit collocari supra post n. 18.

219 Rep. a. 1895 in territorio vici *Harrold* prope *Bedford*; ubi nunc sit ignoro.

a C·IVN·TERTVLLI·DIA
LEPID·AD ASPR·ET C

b C·IVN·TERTVLL
DIAMISVS AD CIC

a. d vacant

Ed. Cox *proceedings of the soc. of antiq. of London* XVI (1896) p. 83. *C. Iun(i) Tertulli dialepid(es) ad aspr(itudines) et c(icatrices).* — *C. Iun(i) Tertull(i) diamisus ad cic(atrices).*

Debuit collocari supra post n. 115.

B. Pastilli.

10021 220—227 Pastillorum fragmenta rep. Remis a. 1854 in sepulcro una cum signaculo G. Firmi Severi, instrumentis variis aeneis, nummis duobus (v. supra n. 67). Ibi fuerunt diu apud Duquenelle pharmacopolam; nonnulla perierunt, reliqua ex dono possessoris partim in museo Remense et Sangermanense, partim ad Sichel medicum, post eius mortem ad Robertum Mowat pervenerunt.

220 *a* long. m. 0,022, lat. m. 0,008, crass. m. 0,002; extat in museo Remensi; *b* periit.

a M CL
ICA

b CL m
VS T

a descripsi; *b* miserunt Villefosse-Thédenat.

M. Cl(audi) [M . . . . ad c]ica[trices et . . . .]. — *[M.] Cl(audi) M[. . . ad ad]just[ionis? et . . . .].*

Conferenda sunt fragmentum pastilli infra n. 228 et signaculum supra n. 46.

221 Periit.

M DVRON////
////ICA////////

Ex schedis Remicrianis.

M. Duron[i . . . . . ad c]ica[trices].

222 *a* Periit. — *b* long. m. 0,012, lat. m. 0,011, crass. m. 0,002; *c* long. m. 0,016, lat. m. 0,010, crass. m. 0,003; *d* long. m. 0,018, lat. m. 0,012, crass. m. 0,002; *e* long. m. 0,022, lat. m. 0,016 crass. m. 0,003. Extant in museo Sangermanensi.

a MARCELL
IVMADCI

b MARC
N V N

c MARCE
IVMA

d CELLIN
MADCIC

e

Villefosse-Thédenat: *ego:*
mARC*ellini* *e'*
DIOX*us*

b. c. d. e' descripsi; *b, c, d* misit etiam Fröhner; *e* Villefosse-Thédenat a se descript. mihi dederunt (inde Hildenbrand *die Kollyrien-Stempel* p. 13). *a. d* exhibet Sichel *nouv. recueil* p. 79 (inde Grotefend *Stempel* p. 91 n. 67. 68; Espérandieu n. 149. 149*a*, ex hoc Deneffe *les oculistes gallo-romains* p. 41; O. Guelliot *trav. de l'acad. de Reims* CVII, 1899/1900 p. 189 = *deux nouv. oculistes gallo-romains* p. 5; Habert *poteries parlantes* p. 169 *d* solam).

Titulus sic restitui potest: *Marcellini [nardi]num ad cicn(trices).*

223 Long. m. 0,023, lat. m. 0,015, crass. m. 0,008. In museo Sangermanensi servatur.

DIANINA
ADLIPPI

Descripsi; misit etiam Fröhner. Exhibent Sichel *nouv. recueil* p. 82 (inde Grotefend *Stempel* p. 122 n. 102; Espérandieu n. 152, ex hoc Deneffe *les oculistes gallo-romains* p. 51; O. Guelliot *trav. de l'acad. de Reims* CVII p. 190 = *deux nouv. oculistes gallo-romains* p. 6).

[? Mati]diani na[rdinum] ad lippi[t(udinem)].

224 long. m. 0.024, lat. m. 0,011, crass. m. 0,002. Extat Parisiis apud Mowatum.

////D/NVMA
TRIETASPR

Descripsi.

. . . . . *nar]d[i]num a[d cica]tri(ces) et aspr[it(udines)].*

225 *a* long. m. 0,010, lat. m. 0,012, crass. m. 0,002; *b* long. m. 0,023, lat. m. 0,012, crass. m. 0,003. Extant in museo Sangermanensi.

a DIAL
NAD

b
MADA

Descripsi. Ed. Sichel *nouv. recueil* p. 79 (inde Espérandieu n. 149, 149*a*, ex hoc Deneffe *les oculistes gallo-romains* p. 51; O. Guelliot *trav. de l'acad. de Reims* CVII p. 190 = *deux nouv. oculistes gallo-romains* p. 6).

. . . . . *dial[iba]n(um) ad a(spritudines).*

In fine versuum nihil deest.

226 *a'* long. m. 0.025, lat. m. 0,010, crass. m. 0,002; *b'* long. m. 0,015, lat. m. 0,012, crass. m. 0,002; *c'* long. m. 0,016, lat. m. 0,011, crass. m. 0,002; *d'* long. m. 0,018, lat. m. 0,011, crass. m. 0,002; *e'* long. m. 0,026, lat. m. 0,016, crass. m. 0,003; *f'* long. m. 0,017, lat. m. 0,010, crass. m. 0,002; *g—k* cum ceteris in museo Sangermanensi servantur. — *l* long. m. 0,030, lat. m. 0,005, crass. m. 0,002; *m* long. m. 0,021, lat. m. 0,006, crass. m. 0,002, *n* long. m. 0,030, lat. m. 0,006, crass. m. 0,002; *o* long. m. 0,022, lat. m. 0,007, crass. m. 0,003; *p* long. m. 0,023, lat. m. 0,009, crass

Digitized by Google

[10021 226]
m. 0,002, extant Pariisiis apud Mowatum. — *g* long. m. 0,008, lat. m. 0,006, crass. m. 0,002; *r* long. m. 0,007, lat. m. 0,004, crass. m. 0,002; *s* long. m. 0,007, lat. m. 0,006, crass. m. 0,002, extant in museo Remensi.

in museo Sangermanensi

Fröhner		*ego*			
a	NARDINVM	*a'*	NARD|	*g*	|NA|
b	|ARDINV|	*b'*	|NARD|	*h*	|N/|
c	NARDI|	*c'*	|RDIN|	*i*	|AR|
d	NAR|	*d'*	|ARD|	*j*	[illegible]
e	BARDIN	*e'*	|DINM etc	*k*	IN
f	|DINVI	*f'*	|DINM| etc		

apud Mowatum

l	|NARDI[illegible]	*n*	|DINVM	*p*	[illegible]M
m	|DINVM	*o*	|DIN[illegible]		

in museo Remensi

q	|NVM	*r*	NAR	*s*	|NV|

Descripsi; pleniora apographa sua mihi dedit G. Fröhner qui a. 1863 pastillorum Remensium frustula, quo die in museum Sangermanense inlata sunt, accuratissime transcripsit. *l.* m et duo alia fragmenta sic expressa: NARDINVM, NAR edidit Sichel *nouv. recueil* p. 82 (inde Grotefend *Stempel* p. 122 n. 103; Espérandieu n. 152 *a*, ex hoc Deneffe *les oculistes gallo-romains* p. 51; O. Guelliot *trav. de l'acad. de Reims* CVII p. 190 *l* solam = *deux nouv. oculistes* p. 6). Cetera inedita sunt.
Fuit ubique *nardinum*.

227 long. m. 0,005, lat. m. 0,004, crass. m. 0,002. Extat in museo Remensi.

\|OV\|

Descripsi.
. . . *ex*] *ov*[*o* . . .

228 Pastilli fragmentum, long. m. 0,017, lat. m. 0,007, crass. m. 0,002. Rep. Remis m. Febr. a. 1904 inter rudera loco dicto *las Costures*; nunc in museo.

CL·M
N////

Descripsi.
Cl(*audi*) *M*[. . . . .] *n*[*ardinum*? . . .].
Conferenda sunt fragmenta pastilli supra n. 220 et signaculum supra n. 46.

229 Pastilli fragmentum long. m. 0,031, lat. m. 0,011, crass. m. 0,003. Rep. Remis 8 Ian. a. 1896 in sepulcro mulieris loco dicto *la Fosse Pierre-la-Longe* 'enveloppé dans un lambeau de toile qui tombe bientôt en poussière' HAB. 'Il était accompagné de différents objets: *ferrures d'un coffret avec sa clef terminée par une tête de lion, magnifique parure de jais, miroir en verre, fibules, épingles en os, fragment de flacon bouché avec du liège, pierre plate* [enticula] . . . *et enfin deux petits bronzes de l'empereur Dèce*' AVELL. Cum collectione Haberti pervenit in museum, ubi servatur sub n. 5360.

MIVCVNDIE
VODADASSE

Descripsi; apud Habert descr. Hirschfeld a. 1898. Ed. Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1897 p. 351; O. Guelliot *trav. de l'acad. de Reims* CVII p. 190 nero express. = *deux nouv. oculistes gallo-romains* p. 6 (inde *revue histor. ardennaise* 2, 1901 p. 88); *Catal. du musée Habert* (Troyes a. 1901. 8°) p. 154 et 214 cum imagine.
M(. . .) *Iucundi* [*e*]*mul*(*es*) *ad asp*[*r*(*itudines*)].

C. Vasa fictilia.

10021 230 'Vas fictile rude atque informe; rep. c. a. 1765 in agro Glanensi (*Saint-Rémi*) a dom. Chabran presbytero, qui mihi dono dedit; ego obtuli comiti de Caylus. Litterae prominentes e dextra ad sinistram more typographico procedentes minutissimae utrique lateri operis figlini bis erant impressae, ita ut quater repetitas habuerim; quod quidem facultatem concessit aliud eiusdem exemplar mittendi Nemausum ad Seguierum, qui copiam dedit Walchio' CALVET. Avennione TÓCH. falso. Periit.

C DVRON CLETI
CHELIDO AD CAL quater repetitum

Calvet cod. Massiliensis III f. 23' n. 33, cf. II f. 362 (adnotat. ad Caylus VII tab. 74 p. 261); idem codices Avenniences 1508 p. 81, 2345 p. 328; cod. Nemausensis 13816 (epist. d. 16 Mart. ad Seguierum missa); Séguier (epist. d. 13 Iulii a. 1766 ad Calvetum missa) in codice Avenniensi 2345 (inde Héron de Villefosse *bull. monum.* LXV (1879) p. 46 n. 29 et add. p. 60 = *inscript. de Saint-Remy* (Caen a. 1879. 8°) p. 29 et add. p. 49, *bull. des ant. de Fr.* 1879 p. 91; Villefosse-Thédenat *cachets* p. 32, ex his Espérandieu p. 108 n. 9; *C. I. L.* XII 5691, 4); Caylus *recueil d'antiquités* VII p. 261 et tab. 74 (inde Marini *iscriz. ant. doliari* ed. de Rossi et Dressel p. 416 n. 89; Saxius *epist.* p. 62, cf. *journal des savants* Sept. 1775 p. 626; Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 242; Dulaure *mém. de l'acad. celt.* IV (1809) p. 112; Têchon d'Annecy *dissert.* p. 36 et p. 66 n. 16; Seriays *lettres inédites* p. 345; Grotefend *Philol.* XIII p. 138 n. 18, *Stempel* p. 46 n. 27); Walch *antiquit.* p. 59 a Seguiero missum. Memorat Duchalais *mém. ant. Fr.* XVIII (1846) p. 178. Cf. Schuermans *sigles figulins* n. 2042.
1 ext. CTET Cayl. et qui ab eo pendent; CTE Walch. — 2 in. CHELID-O Cayl.
C. Duron(*i*) *Cleti chelido*(*nium*) *ad cal*(*iginem*).

231 *'From the bottom of a Samian bowl which has been impressed with an oculist's stamp; found at London'* READY (in litteris ad me datis). Long. m. 0,022, lat. m. 0,005. Servatur in museo Britannico.

Q·IVL·SENIS·CRO
COD·AD·ASP

Descripsi ad ectypum cereum ab A. P. Ready missum. Ed. C. R. Smith *catal. of the museum of London antiquities* 1854 p. 47 n. 206 (inde J. Becker *Jahrb. für Philol.* 1858 p. 589, *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 850; Grotefend *Philol.* XIV (1859) p. 629, *Stempel* p. 73 n. 51); Hübner *C. I. L.* VII 1314 addens 'de antiquitate non est dubitandum' (inde Villefosse-Thédenat *cachets* p. 32, ex his Maxe-Werly *mon. épigr. du Barrois* p. 52); P. Ch. Robert *mélanges d'archéol.* (Paris. a. 1875. 8°) p. 9 (inde Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1879 p. 90); Birch *history of ancient Pottery* (Londin. a. 1858. 8°) II p. 346; Bunnell-Lewis *archaeol. journal* XLV (1888) p. 225; Espérandieu p. 107 n. 6.
Q. Iul(*i*) *Senis crocod*(*es*) *ad asp*(*ritudines*).

Digitized by Google

Medici veteres medicamina ipsi praeparabant. Collyria in vasis lapideis terebantur, sanitati magis convenientibus quam aerea supellex. '*Ii lapides*, inquit Plinius (Hist. nat. XXXVI, 157), *qui sucum reddunt, oculorum medicamentis utiles existimantur*; basanites ideo placebat quod *nihil ex sese remittit*'. Ergo ne miremur, omnia oculariorum signacula ex lapide facta esse. Exstant praeterea coticulae, cum n. 119. 144 repertae, de quarum usu dubitari non potest, tabellae quadratae, signaculis similes, nisi quod latera oblique secta sunt. Habemus alias eiusdem generis, in medio excavatas. Earum exemplar cum pistillo suo apud Thedenatum servatur, qui edidit *bull. mon.* 1890 p. 333, unde figuram



trahimus. Non ab re est conferre anaglypha unguentarii britannici Amyelis effossa (*greek inscriptions* n. 141. 142), in quibus, inter numerosa mundi muliebris instrumenta, catilli duo lapidei repraesentantur, collyriis onusti, pistillis formam pollicis replicati simulantibus. Eiusmodi mortariola ad pigmenta mulierum pertinentia nonnunquam in sepulcris graecis Cypri insulae colliguntur, nec aliena sunt a mortarii medicinalis specie et materia. Ipsis signaculis suis medicos interdum pro coticulis usos esse demonstrant lapides illi, in quorum planitie cavitas est, rotunda vel elliptica, minus apta ad digiti commoditatem pastillos signantis quam pistillorum pulverem humectantis.

Signaculorum forma unitatissima est tabella quadrata, semper fere rectis angulis, raro lateribus obliquis, ne lapis, impressione facta, collyrio nimis adhaereat. Duodeviginti exemplaria (n. 1. 11. 12. 15. 18. 22. 25. 58. 68. 73. 88. 92. 117. 179. 182. 188. 209. 218) regulae formam habent; sunt praeterea duo trigona (n. 2. 208), unum pentagonum (n. 125), unum hexagonum (n. 9), duo cylindrica (n. 47. 51), unum formae singularis (n. 27). Regularum una cristam fert (n. 11), aliam ansatam fuisse suspicio est (n. 154). Mensurae variant. Plurimorum longitudo inter 3 et 5 centimetra consistit, latitudo paulo inferior est, crassitudo centimetrum unum non excedit. Lapis omnium maximus (n. 171) 93 millimetra longus est, latus 46, crassus 14; de minimo, hodie perdito (n. 58), scimus 22 tantum millimetra longum fuisse. Steatitis et schistos, materiae tenerrimae, ad scalpturam idoneae nec grandis pretii, pariter in usu erant.

Constat inter omnes signacula, de quibus agitur, ab oculariis collyriis suis imprimi solita esse; inversis enim litteris scripta sunt. Pars maxima signaculorum quatuor inscriptiones exhibet, distichas et per quatuor frontes lapidis dispositas. Enumerantur nomina medici, collyrium, oculorum morbus, nonnunquam liquor qui pastillum dissolvere debet (*e lacte, ex ovo, ex aqua*) aut remedii adhibendi iterationes (*bis, ter*). Nomina pleraque Latina sunt, cognomina multa Graecanica, in his nonnulla a claris medicis desumpta (*Erasistratus, Themiso*). Ipsae inscriptiones signaculorum nonnullorum Graece concepta sunt (n. 54. 139*d*. 164. 213. 217). Raro inveniuntur nomina Gallica (*Dietxtus, Magillus, Cintusminius*) vel Germanica (*Ariovistus*).

Ipsi medici sunt homines obscuri, aliunde prorsus ignoti. Accidit aliquoties ut idem signaculum duos medicos indicet vel plures, nempe socios. Accuratius examinanti apparet, saepe scripturam noviciam successisse textui vetustiori raso. Ibant igitur signacula per manus multorum medicorum, nec scire possumus quomodo aut qua rerum vicissitudine id factum sit.

Collyriorum vocabula graeca sunt, latine enuntiata. Agnoscimus omnia medicorum veterum remedia, et in tanta pastillorum varietate vix unus est aut alter quem non apud Dioscoridem, Plinium, Celsum, Scribonium Largum, Archigenem invenias, ut apparet ex conspectu quem dedi in priore editione (*Recueil*) p. 116—130[1]). Multis appellationibus praepositio *dia* principium est (*diacholes, dialepidos, diamisyos, diaglaucio, diagessamias, drahibanu, diarhodon*), aliae remedii vel colorem designant (*chloron, citron*) vel indolem (*anodynum, emeticum*), aut vaniloquentiae graecae testimonia sunt (*ambrosium, eminatum, isotheon, isochrysos, phos*). Expertes linguae politioris, ocularii non semper recte neque ad normam grammaticam scribunt.

In signaculis litterae graphio scriptae crebro leguntur easque non omnes ab editoribus notatas esse probabile est. Inscriptiones scariphatae repetunt medici nomen (n. 35. 41. 42. 82. 93 97. 150. 155. 172. 177. 181. 189) aut pastillos indicant, eodem ordine quo in frontibus signaculi prodeunt (n. 60. 142. 186), scilicet ne pharmacopolae collyriis nomina impressuro opus esset litteras retrogradas enucleare. In lapide n. 202 superficies quatuor morborum nomina fert, congrua lateribus quorum duo formulas usitatas exhibent, sine morbi mentione, cetera exteros sunt; in n. 145 non nisi numeros deprehendimus. Anni 204 consules in lapide Gothano n. 33 commemorantur; n. 211 legimus: *rubricare ex sputo in angulo fontane*. Inter figuras agnoscimus gladiatorum par (n. 144), protomen viri (n. 133), hippocampum (n. 136) qui collyrium *balaneipura* significare videtur, columbam (n. 88), lineamenta geometrica flosculis distincta (n. 88. 91. 123), alia multa.

Nonnulla signacula perforata sunt; unum (n. 88) striaturas gerit ita dispositas ut suspicio nascatur, lino circumligatum et ex collo suspensum fuisse; certe medii aevi credulitas duo huius generis signacula (n. 134. 207) inter sanctorum reliquias collocavit.

Venio ad collyria ipsa quorum magnam copiam sepulcra Remensia nobis reddiderunt[2]). Arida sunt (φάρμακα ξηρά) in lamellas diducta paulo largiores quam longae, et quarum epissitudo 3 millimetra non superat. En figura earum (pondo 12 grammata 65 valentium) quae hodie Parisiis apud Robertum Mowat servantur.



Numerus signaculorum crescit quotannis. Saxius (1774) undeviginti, Tochon d'Annecy (1816) triginta, Duchalais (1846) quinquaginta, Grotefend (1867) centum et duodecim noverunt; hodie ducenta undeviginti cognita sunt. Horum pars plus dimidia prodiit intra fines Galliae Comatae et ad Rheni littora (vide p. 610), — id quod causa fuit et omnia

[1]) De collyriis medicorum ocularium nuper egerunt Hirschberg (*Geschichte der Augenheilkunde im Alterthum*. Lipsiae 1899. p. 207 seq.) et Hugo Magnus (*die Augenheilkunde der Alten*. Vratislaviae 1901. p. 313—369).
[2]) Collyrium *nardinum*, cuius nomen in pastillis Remensibus legitur, a pharmacopolis Duquenelle et Baudrimont in elementa sua chemica

Digitized by Google

in hoc volumen instrumento trium Galliarum et Germaniarum destinatum recepta sint, — non pauca prodierunt in Britannia, par fere numerus in provincia Narbonensi, aliquot etiam ad Dannvium; in Italia pauca, in Hispania et in Africa singula tantum signacula prodiisse notatu dignum est. Erant qui signaculorum ingentem multitudinem in Gallia effossorum ex antiqua sacerdotum disciplina deducere voluerunt; ego Druidarum ne vestigium quidem notavi. Concludo e locorum, in quibus lapides isti apparuerunt, varietate medicos statam sedem non habuisse, nisi forte in urbibus nonnullis (Remis, Nasii, Bagaci, Vesontione), sed vicos et villas sedulo peragrasse ut aegrotos iuvarent.

Omnino nulla reperta sunt in partibus Graecis imperii Romani. Videntur harum partium medici ocularii remedia sua in vasculis plumbeis vel fictilibus venditasse, quorum inscriptiones breviter hic recensebo:

Ἀρτεμιδώρου λύσιν (*tripus*), in vasculo plumbeo Cretae reperto, nunc Parisiis apud Froehnerum; Διονυσί(υ) λύσιν, in vasculo plumbeo originis incertae, nunc Parisiis in nummophylacio (Babelon *bull. des ant. de Fr.* 1895 p. 188); Ἡρακλείου λύσιν, in vasculo argillaceo originis, ut dicunt, Tarentinae (*C. I. G.* 8512 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2406, 1); Ἰάσονος λύσιν, in vasculis argillaceis tribus (Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2406, 2) quorum duo Tarenti reperta esse dicuntur, unum, ex dono Mowati, Parisiis in nummophylacio est (Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 6, cf. Visconti *journal des savants* 1817 p. 167; Millin *magasin encyclop.* III (1818) p. 378), alterum citatum a Millino *descript. d'un vase trouvé à Tarente* (Paris. a. 1814. 4°), cf. *magasin encyclop.* 1815 p. 469), tertium Berolini fuit in museo Bartholdiano (Panofka *descr. mus. Barthold.* p. 77; *C. I. G.* 5779); Νεαίδι λύσιον, in parva olla fictili Catanae reperta (*C. I. G.* 5681); λύσιον παρὰ Μουσαίου, in vasculo plumbeo Athenis reperto, nunc in museo Britannico (*C. I. G.* 8556b); Λύσιον, in vasculis fictilibus duobus: uno in Aegypto reperto, hodie Bonnae apud Alfredum Wiedemann, qui edidit *proceedings of the society of biblical archaeology* VI (1884) p. 54 n. 3, altero, originis incertae, Parisiis a. 1867 vendito (Villefosse-Thédenat *cachets* I p. 30); Νυμφοδώρου μοῖρα, in vasculo plumbeo in *Anz. zum Jahrbuch des Arch. Instituts* 1904 p. 32; Ἐδεσίου (i. e. Λιδεσίου), in vasculo plumbeo, ex collectione Raifé (*catal.* 1867 n. 965), nunc Parisiis apud Froehnerum; Διονυσίου, in vasculo argilllaceo in Aegypto reperto (Thédenat *bull. des ant. de Fr.* 1881 p. 291 not. 2); Κέκμου, in vasculo argillaceo in monte Eryce reperto (*C. I. G.* 5522 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2406, 3a); Κεκμᾶ ἰατροῦ in tubo ut dicitur plumbeo, Romae adservato (Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1788 = 2406, 3b); Μαπ[ὸ]ονίου, in vasculo parvo quadrangulo in acutum desinente Romae empto ab Henrico Dressel apud quem extat (*C. I. L.* XV, 2 8016); Μακεδονικοῦ, in vasculo parvo quadrangulo in acutum desinente Romae reperto, nunc Parisiis apud Froehnerum; [Μυρ]δόνου, in tubo plumbeo originis incertae, nunc Parisiis in nummophylacio (Babelon-Blanchet *catal. des bronzes de la Bibl. nat.* n. 2330); Νίκωνος, in vasculis parvis plumbeis tribus: uno originis romanae Parisiis apud Froehnerum, altero, Smyrnae rep., Parisiis in museo q. d. *le Louvre* (*acquisitions de 1899* in *bull. des ant. de Fr.* 1899 p. 410), tertio in agro Pergameno rep., *Anz. zum Jahrb. des Archaeol. Institutes* 1904 p. 32; Φιλαίνου, in vasculo in agro Pergameno rep., *Anz. Jahrb.* l. c.; Φαβιανοῦ, in vasculis parvis plumbeis duobus in acutum desinentibus, uno, in insula Cypro rep., nunc Parisiis apud Froehnerum, altero, Syriacae originis, Parisiis apud Hadrianum Blanchet, qui edidit *bull des ant. de Fr.* 1896 p. 174; Φῶς, in vasculo plumbeo Parisiis in nummophylacio servato (Babelon-Blanchet *catal. des bronzes de la Bibl. nat.* n. 2231).[1])

[1]) Lapides tres in *Bulletin de l'acad. d'Hippone* n. 30 (1899/1900) p. 17—23 editi ad rem medicam non pertinent. Sigilla duo non admisi: primum rotundum, *Leicester* rep. (ibi in museo): C·PAL·GRACILIS; infra, caput humanum (*Ephem. epigr.* III p. 447 n. 136); alterum dolioluni simulans, Rotomagi rep, ut creditur: CAMELI·L·LYAIF (Thédenat *bull. des ant. de Fr.* 1895 p. 328 cum imagine). Vasculum plumbeum originis incertae cum inscriptione: EX OFF CINA (sic) | L·OC TAVI AD·CAL (Lebègue *bull. epigr. de la Gaule* IV p. 16) pariter exclusum est.

dissolutum est (*journal de pharmacie et de chimie* 1863. I p. 98). Compositio medicamenti haec erat:

matière organique azotée	33,33
silice	4,00
peroxyde de fer	16,00
oxyde noir de cuivre	4,33
oxyde de plomb	23,00
carbonate de chaux	17,66
perte	1,69
	100,00

Nuper, rogatu meo, chemicorum franco-gallorum princeps Berthelot fragmenta minuscula a Mowato praebita eiusdem substantiae examinavit et hanc analysim fecit:

céruse [*carbonate de plomb*],
carbonate de chaux,
oxyde de fer,
phosphate de chaux peu abondant,
matière organique abondante formée par un mélange de diverses substances, dont quelques-unes azotées,
silice,
ni zinc, ni étain,
traces de magnésie et de sulfate de chaux.

Stanni robigo, remedium efficacissimum, abest a collyrii mixtura.

NOMINA.

M. A.... C.... 1
Ael(ius) Fotinus 2
P. Ael(ius) Theophiles 3
Cn. Albinius Natalis 4
Q. Albius Vitalio 5
Albucius 6
°C. Alien(ius) Maturus 7
Q. Allius Threptus 8
T. °A[an]ius 204
C. °An(aius) Censorinus 9
T. Antistius Omullus 11
Antonius 14
Sex. Antonius Attalus 12
L. Antonius Epictetus 13
Antonius Secundus 14
°T. Asuetinius Severus 16
C. °Asut(ius) Amandus 17
C. Atticius Latinus 18
T. Attius Divixtus 19
C. Attius Victorinus 20
M. C.... Celsinus 21
C.... Dedemo 22
T. C.... Philumenes 23
M. C.... Rectus 24
C.... Xanthus 25
Gaius Cae.... Catodus 26
Cae... Diadumenus 27
L. Caecilius Paternus 28
Q. °Caer... Quintilianus 29
C. Cap... Sabinianus 31
Q. Carminius Quintilianus 32. 33 (ubi *sculptum est* Quintianus, *cf. add.*)
C. Cassius Censor 34
Cassius Iucundus 35
M. Cass(ius) Marcianus 36
C. Cintusminius Blandus 38
C. Cisp(ius) 39
Claudii (duo) 40
T. Cl(audius) Apollinaris 33
Tib. Cl(audius) Di.... 41
98 *plat cremus en bronze.* Rep. propo Montcornet (*Aisne*) [St.-Nicolas-lès Arras ap. Bellon].

sub fundo litt. incisis
VIDUCILLVS

Vaillant *épigr. Morinis* p. 192 n. 61 ligno express.

99 fragmentum parvum vasculi, ut videtur. Avenches [mus.].

litteris alto incisis
OVI‹LILL'

Bohn descr. Martin *Schweiz. Anzeiger* s. n. 1, 1899 p. 45.

. . . oci aut . . . . *qui Lill*[usti?]: post L secundam pars litterae, V ut videtur, non interpunctionis signum, quod cornere sibi visus est Martin.

100 patera formae circularis. Rep. propo Bar-le-Duc [ibi in museo].

extrinsecus scriptionem

Thédenat:	*de Ricci:*
NIIRA	*N*IIIIRA(?)

de Ricci misit. Thédenat *bull. des antiq. de Fr.* 1886 p. 74 de lectione non debitans.

101 lanx aenea argentata cum duabus manubriis (0,205 m. longa). Soulosse [Epinal mus.].

sub fundo scriptionem
ab una parte: ab altera:
⊥ M

Chevreux musei Epinalensis praefectus misit.

102 cacabus magnus. Naix [Bar-le-Duc mus.].

in manubrio
IIXII ∞ FIINo[

Hirschfeld descr.

103 patera aenea argentata. Rep. propo Bar-le-Duc [ibi in museo].

„trouve de graffites d'ou il est impossible de tirer une lecture satisfaisante"

Thédenat *bull. des antiq. de Fr.* 1886 p. 74.

II. FIBVLAE AENEAE.

Fibulas aeneas cum aerariorum nominibus in Gallia domesticas esse nomina ipsa omnia fere Celtica (rara Latina v. n. 119 (?). 120. 123. 126) testantur. Aetatem earum Carolus Schumacher totius instrumenti aenei peritissimus *Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift* 1895 p. 26 seqq. ita definit.

Antiquissimae sunt n. 109. 114. 117. 124. 137. 139. 143 (quasdam depictas v. apud Mowatium *marques de bronziers* tab. I et II; cf. Almgren *Studien über nordeuropäische Fibelformen* (Stockholm 1897) tab. I 1 et p. 2) eius aetatis, quae bodie *La Tène* dicitur. Parti priori eiusdem primi tribuendae sunt fibulae eius formae vel similis, quae bodie ab Aucissa aerario (v. n. 107) denominata est (v. imaginem appositam), cuius longe plurima exempla extant, deinde quae variis nominibus a nostris notatae (*Schalben-, Distel-, Schnallen-, Rosettenfibeln*) n. 111. 127. 129. 132 (imagines v. in Dresselii commentario ad n. 111 e. d citato, apud Almgren l. c. tab. XI 240; cf. p. 118). Omnes saeculo secundo antiquiores putandae sunt praeter n. 142, quae formae recentioris est.

Contra fibulae formae parquam variae acclamationibus, interdum iisdem inscriptae ac pocula cretacea, vitrea, anuli, gemmae, saeculi tertii vel quarti sunt.

Aerariorum nomina in infima arcus parte, cui acus infixa est, litteris perparvulis signaculo impressa sunt aerugine saepe ita adnexa, ut vix aut omnino non legi possint. Fibulae antiquissimae nomen in lamella curvata arcui affixa habent. Acclamandi formulae aut ab utraque arcus parte (in fibulis eius formae, quae a nostris *Armbrustfibel* dicitur) aut in lamella rotunda, ovata, quadrangula, litteris cuiusdam formam imitante, quae pro arco est, aut in extrema arcus parte, ubi antiquiores aerarii nomen habent, litteris inciais vel punctim scriptis leguntur.

Digitized by Google

a) *aerariorum nomina*

10027 104 fibula Aucissae formae. Etaples rep. a. 1881 [extat ap. Enlart].

ANDI

Vaillant, cui dedit Enlart, *épigr. Morinie* p. 175 n. 57 et p. 176 ligno express. cum fibulae imag. (inde de Ricci *bull. des antiq. de Fr.* 1897 p. 340).

Andus nomen Celticum est (v. indices), erratque Vaillant, qui *An(si) Di(odori)* explicat collato nomine cacabis aeneis impresso (supra n. 5); nam aerariorum Campanorum nomina in fibulis non occurrunt.

105 fibula eiusdem formae ac praecedens. Mainz [mus. n. 5451].

ATGIVIOS

Bohn descr. Cf. Körber *Westd. Korr.-Bl.* 1901 p. 69, Lindenschmit *Westd. Zeitschr.* 20, 1901 p. 345 (sine inscr.), tab. XVIII 1 fibulae imaginem; ut supra exhibuimus Körber *neue Inschr.* (1905) n. 60*a* cum fibulae imagine.

Atgivios videtur.

106 fibulae eiusdem formae ac praecedentes.
a Windisch [Zürich mus. n. 12976].
b Dijon [ibi ap. Lépine medicum autea, nunc St.-Germain mus. n. 23465].

b ATRIXTOS *a* ATRIXTO

a Bohn descr. Keller-Meyer suppl. p. 219; Brandorf *Zürich. Mitth.* 17, 1870/72 p. 138 n. 134; catal. Zürich II p. 96.

b Bohn descr. Mowat *marques* n. 31; Maxe-Werly *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 291 ligno expressa.; Lejay *mem. de la Côte-d'Or* p. 126 n. 148.

b ATRICTOS Mowat, ATRICTO Maxe-Werly, Lejay.

107 *a* rep. in Araris alveo prope Lyon [Lyon fuit ap. Comarmond, nunc London *British mus.*].
b locus non indicatur.
c [Parisiis empta a. 1875 extat St.-Germain in museo n. 22266].
d Dalheim [Trier mus. n. 8859].
e rep. in Hassia Rhenana? [Alzey empta extat Mombeim ap. Fliedner medicum].
f Mainz aut in vicinia rep. KORR. Rheinzabern RECK. [Mainz mus. n. 2944 (ex coll. Hepp KLEIN)].
g [London *British mus.* (ex coll. ducis Blacas)].

b. d. e AVCISSA *f* v. in imagine praelatione

a AVCISSAIII *g* AVGISSA

c AVCISSA

a Bohn descr. Walters *catal. of the bronzes in the Brit. mus.* p. 301 n. 2118.

b Grivaud de la Vincelle *arts et métiers* tab. XLI in fibulae imagine.

c Bohn descr. Mowat *marques* n. 32; Maxe-Werly *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 291 ex ectypo a Bertrando misso ligno express.

d Bohn descr. Hettner *Westd. Zeitschr.* 3, 1884 p. 186 non recte legens *Aucissa f(ecit)*.

e Olshausen *Verhandl. der Berliner anthrop. Gesellschaft* 1897 p. 286 cum imag.

f Zangemeister et Bohn descr. Klein *Mainz. Zeitschr.* 2, 1859/64 p. 333 n. 174 (inde Brambach n. 1821, 1); Becker catal. p. 113 n. 13; Riese *Westd. Korr.-Bl.* 1897 p. 136; Körber *Mainz. Inschr.* p. 103 n. 155 cum imag.

g Bohn descr. Walters *catal. of the bronzes* p. 301 n. 2119.

a MICISSAIL aut LVCISSAIL Walters; *f* VASOAVIM l. e litteris inversis Klein, Becker; *g* IVGI SVA(?) Walters.

Aucissa (*g Augissa*?); idem nomen redire videtur vasculo aeneaceo impressum supra n. 10010, 219. De nominibus Celticis in *—issa* syllabam desinentibus cf. Holder II 80.

Eiusdem generis fibulae eodemque nomine signatae praeterea repertae sunt (aut asservantur):

1. in Caucaso in Kubanis fluvii regione (Berlin in mus. ethnographico). Bohn descr.: AVCISSA. Haverfield *archaeological journal* 60, 1903 p. 241 n. 19.

2. in Caucaso in vico Kurtatija [Berlin in mus. ethnogr.]. Bohn descr.: AVCISSA. Haverfield l. c. n. 20.

3. Hissarlik [Berlin in mus. ethnogr.]. Bohn descr.: AVCI. Haverfield l. c. p. 240 n. 18.

4. Siszeg [Wien in mus. hist. natur.]. C. III suppl. 12031, 18.

5. [Neapel mus.]. C. X 8072, 22.

6—9. Romae C. XV 7096.

10—13. in Etruria C. XI 6719, 2.

14. Isera (Innsbruck mus.). Pais suppl. ad C. V n. 1087, 2.

15. 16. Charterhouse-on-Mendip [Bristol in mus. priv.]. Haverfield l. c. p. 240 n. 16, 17 cum imaginibus.

Exempla omnia praeter nostra *a. b. g* optime recensuit Haverfield l. c. p. 237—241; cf. Olshausen l. c. p. 287 sq., Riese l. c.

108 fibula Aucissae formae similis; spatium supra sigillum eadem habet ornamenta ac n. 118. 120. 121. Rep. *auf dem Marberg* prope Pommern [Bonn mus. prov. n. 3756].

B]DVA

Bohn et Dressel descr., qui edidit a. B. 95, 1894 p. 83 cum imag. tab. II 7; Klein a. B. 101, 1897 p. 107.

B[o]dua(cus) Dressel supplet.

109 fibula formae antiquissimae. Nantes rep. a. 1852 [ibi possidebat Thibenad medicus, apud quem vidit PARENT.; post mortem eius desideratur ID.].

BODVOS·F

Parentesu *bull. d. l. soc. de Nantes* 10, 1870/71 p. 120: BODVOS (inde et videtur Maxe-Werly *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 292; ab hoc Mowat *marques* suppl. n. 34*bis*), idem *invent. archéol.* p. 32 et tab. XIV 2 cum imag. fig. 1.

110 fibula formae antiquioris. [Dousi mus.].

CARIK

Maxe-Werly *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 288 ligno express.; Mowat *marques* n. 36 et in imagine fibulae tab. I ex ectypo, quod Maxe-Werly misit.

111 *Schnallenbeln.*
a Fels rep. a. 1888 ex. duo VAN WER. [unum Luxemburg in mus. VANC.].
b Trier [mus. ex. II *G* 7; *P. M.* 5805].
c Rogers [Bonn mus. prov. n. 4305].
d Bertrich [Bonn mus. prov. ex. II n. 8013. 8014].

a. b CON *c. d* CON

a Zangemeister descr. ex. musei Luxemburgensis. van Werveke *Westd. Korr.-Bl.* 1888 p. 23.
b Hettner *Führer* (1883) p. 16, idem apud Dresselium a. B. 95, 1894 p. 83 not. 1.
c. d Bohn et Dressel descr., qui edidit l. c. p. 84 cum imag. tab. II 6.
Cf. Schumacher *Westd. Korr.-Bl.* 1895 p. 25 sq.

112 fibula Aucissae formae. Bingen [ibi fuit a. 1896 ap. Seyler, postea vendita BONN].

DRVCIEDO

Bohn descr. a. 1896. — *Druc[i]edo* [*f.*].

113 fibula Aucissae formae. Trier [mus. n. 1903, 139].

DVRRA

Bohn descr.

114 fibula formae antiquissimae [Arnold Morel-Fatio a. 1846 dono dedit museo bibliothecae Parisinae (*cab. des méd.*)].

INTRO

Bohn descr. Babelon-Blanchet p. 619 n. 1723. Lectio certa est.

Digitized by Google

10027 115 fibula Aucissae formae. Reims.

ITAICCOS

Maxe-Werly misit cum fibulae imagine.

116 fibulae Aucissae formae
a [Chalon-sur-Saône ap. Julium Chevrier MAXE-W., post eius mortem museo illata MAXE-W.].
b Dalheim rep. n. 1851 [Luxemburg mus.].

a. b IVLIVS·AVO[illegible]

a Maxe-Werly *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 292 ligno express.; ex ectypo ab hoc facto Mowat *marques* n. 12 et tab. I.

b Zangemeister descr., de Ricci misit. Namur *publicat. de Luxembourg* 7, 1851 tab. IX 7 litteris inversis AVSOHAS, cf. p. 180.

a IVLIOS·AVO Maxe-Werly; IVLIOS·AVOS Mowat admittans *toutes les lettres sont certaines à l'exception du R, qui pourrait être suivi de une ou deux lettres effacées.* — *b* VLIOS·AVO Zangemeister; ut supra de Ricci Fortasse legendum est *ave[t]* vel *avo[ti]* = *fecit*, quo de verbo cf. quae supra p. 121 exposuimus.

117 fibula formae antiquissimae. Reuges [Paris ap. Ramé].

LITVGENI

Ramé *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 297; Maxe-Werly ibid. p. 290 ligno express. cum fibulae imag.; Mowat *marques* n. 52 et tab. I.

118 fibulae Aucissae formae similes; cf. supra ad n. 108.
a Windisch [Zürich mus. n. 1293a¹].
b Vertault [St.-Germain mus. n. 18501].
c Mainz [Wiesbaden mus. 3154].

a. c NERTOMR *b* NERTOMA[illegible]

a Bohn descr. Keller-Meyer suppl. p. 219; catal. Zürich II p. 96.

b Bohn descr. Mowat *marques* n. 54 (inde *bull. du Châtillonais* 4, 1884 p. 253); Maxe-Werly *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 290 ligno express.; Lejay *inscr. de la Côte-d'Or* p. 228 n. 288; Habert *poterie pari.* p. 170 n. 1582.

c Zangemeister descr. Steiner *ed.* II n. 392, cui misit Habel (inde Brambach in addendis n. 1376, 11); von Cohausen ann. Nass. 12, 1873 p. 222 et in tab. fig. 24, idem ibid. 20, 1888 p. 207.

Nertomar(us).

119 forma non indicatur. Lillebonne.

PATRINVS

Bull. de la Seine-Inférr. 1, 1868 p. 40; Cochet *répert. arch. de la Seine-Inférr.* p. 570 (inde ut videtur Mowat *marques* n. 56 auctore non indicato).

120 fibulae Aucissae formae similes; cf. supra ad n. 108.
a Javols rep. c. a. 1857 [Mende mus.].
b rep. in Lotharingia [Nancy ap. privatum quendam].

a SABINV[illegible] *b* SABINVS

a Germer-Durand *bull. épigr.* 5, 1885 p. 142.

b Maxe-Werly *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 289 ligno express.; Mowat *marques* n. 60 ex ectypo, quod Maxe-Werly misit.

121 fibula Aucissae formae similis; cf. supra ad n. 108. s. l. [Worms mus.].

SA[illegible]OS

Zangemeister et Bohn descr. Weckerling Paulus-Mus. 1837 p. 84: SO·VVS.

Zangemeister et Weckerling titulum litteris inversis legerunt; at fibula eiusdem formae ac n. 6. 16. 18 sine dubio litteras item dispositas habet.

122 Dahlem in Eifelia rep. a. 1886 cum deabus caecabis [Trier mus. n. 11985].

SIICCO

Bohn descr. Hettner *drei Tempelbezirke* p. 24 n. 49 formam accurate describens, *illustr. Führer* (1903) p. 96.

123 Bingen [ibi fuit a. 1896 ap. Seyler, postea vendita BOEHL].

TIIRTV

Bohn descr. a. 1896.

124 fibulae formae antiquissimae.
a les *Châtellliers de Frémur* [Angers mus.].
b Nantes [ibi ap. Parenteau].

de Ricci:	*Godard-Faultrier:*
a TITVRV[illegible]	TITVR
b TITVRI·O	

a de Ricci misit. Godard-Faultrier *monum. de l'Anjou* p. 36, *inventaire* (1868) p. 60 n. 258 *bis* (inde Mowat *marques* n. 63), *mém. d'Angers* s. III 17, 1874 p. 232, *revue des soc. sav.* s. V 7, 1874 p. 312, *musée d'Angers* (1884) p. 94 n. 11; Maxe-Werly *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 288 ligno express. ex delineatione, quam Godard-Faultrier misit.

b Parenteau *bull. de la soc. arch. de Nantes* 10, 1870/71 p. 120 TITVRI·OFF, *catal. de l'exposit. de Nantes en 1872* p. 158 n. 43, q. n. v. (inde Mowat *marques* suppl. n. 63 *bis*), *inventaire archéol.* p. 33 et tab. XIV 6 cum imag. fig. 5.

125 *a* Weinheim prope Alzey [Worms mus.].
b Köln [mus. n. 756].

b T·ROXOS *a* ROXOS

a. b Zangemeister descr.

126 fibulae Aucissae formae similes.
a [St.-Germain mus. n. 28784].
b Mainz rep. a. 1904 [mus.].

DE BOSIO SCULPTORIS SER.

P VALER

a Bohn descr. Mowat *marques* n. 21.

b Bohn descr. Körber *neue Inschr.* (1905) n. 604 cum fibulae imagine.

127 *Schnallenfibel. Obtained by A. W. Franks 1860 at Lyons(?)* WALT. [London *British mus.*].

VLATI

Hübner descr. *Archaeologia* 39, 1863 p. 509 (inde Mowat *marques* n. 67); Walters *cat. of the bronzes* p. 299 n. 2069 cum fibulae imagine.

128 [Mainz fuit ap. Jehring DAVM., nunc Mannheim mus.].

ATO[illegible]

Bohn descr.

129 *Schnallenfibeln.*
a Gabsheim [Darmstadt mus.].
b s. l. [Frankfurt mus. (coll. Hameran)].

a [illegible]OVI *b* [illegible]OVI[illegible]

a Zangemeister descr. Lindenschmit *Alterthümer* II 12 tab. III 1 fibulae imaginem.

b Bohn descr. Riese *Westd. Korr-Bl.* 1897 p. 136: COM vel COMS.

130 [Mainz fuit ap. Jehring DAVM., nunc Mannheim mus.].

IVKOTIE

Bohn descr.

[*D*]*urot*[*i*]*x*]?

131 fibulae Aucissae formae.
a Poitiers [ibi ap. Richard].
b Naix [Bar-le-Duc mus.].
c Mainz [mus. n. 2945].

a IRCANV *b* IRNACVS

a VRCVNV[illegible]

a Hirschfeld descr. Richard *mém. de l'Ouest* s. II 12, 1890 tab. XII cf. p. 69.

b Mowat *bull. des antiq. de Fr.* 1873 p. 137, cui Maxe-Werly misit delineatum, idem *marques* n. 41 ligno express. cum fibulae imag.; Maxe-

Digitized by Google

[10027 131]
Werly *Barrois* p. 56 cum iisdem imaginibus (inde Vaillant *bull. du Pas-de-Calais* 6, 1885/6 p. 189).

c Bohn descr. Riese *Westd. Korr.-Bl.* 1897 p. 136; Körber *Mainzer Inschr.* p. 104 n. 156 aere expresa, cum fibulae imagine.

a *Urnins(e)* Riese et Körber legerunt vix recte; nomen Celticum videtur non diversum ab exemplis a et b.

132 *Schnallenfibel.* Bingen [Bonn mus. prov. *A. V.* 1062].

[illegible]

Dressel a. B. 95, 1894 p. 84 c. imag. tab. II 5.

133 Poitiers rep. a. 1853 [mus. soc. (ex coll. Bonsergent) MOW.].

Bonsergent: ·ACCV *catalogue:* TACCVS

Bonsergent *bull. des antiq. de Fr.* 1873 p. 151 (inde Maxe-Werly ibid. 1883 p. 292; Mowat *marques* n. 24; Espérandieu *épigr. Rom. du Poitou* p. 345 n. 161); *catal. de l'exposit. de Poitou en 1869, archéol.* p. 11 n. 33.

134 Bessilon [ibi ap. Bayon].

AFIVS F aut APIVS F

Bertrand *revue Bourbonn.* 3, 1886 p. 310.

135 rep. a. 1887 *au fort Lamotte* prope Lyon [ibi fuit ap. Comarmond].

C·ERECTVS

Comarmond mus. lap. p. 476 n. 4 (inde Mowat *marques* n. 10).

C. [F(abius)] Rectus Mowat proposit.

136 fibula Aucissae formae. Locus non indicatur.

:ORV:

Grivaud *arts et métiers* tab. XLI in fibulae magine.

137 fibula formae antiquissimae. Rep. a. 1875 *Puech-de-Buzeins (arrondissement de Millau)*.

in area

HOI

Cérès *mém. de l'Aveyron* 11, 1874/78 in tab. post p. 80, memoratur p. 62 sine inscriptione (ab hoc Maxe-Werly *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 289 imagine repetita, cf. p. 290; Mowat *marques* tab. I et n. 50).

138 fibula Aucissae formae. Locus non indicatur.

IOVINCII

Grivaud *arts et métiers* tab. XLII in fibulae imagine (inde Mowat *marques* n. 51).

Mowat legit *Iovincil(i)*.

139 fibula formae antiquissimae. [Paris ap. Lehmann rer. antiq. negotiat. MAXE-W.; MOW.].

in area

Maxe-Werly: IRIC *Mowat:* MORITER

Maxe-Werly *bull. des antiq. de Fr.* 1883 p. 291 ligno expresa. in textu ORIC vel OPIC; Mowat *marques* n. 69 et tab. II, cf. suppl.

Mowat in additamentis emendat . . o[d]i allegato [*Epha*]*r*]*odi*[*i*] nomine; at tot litterae sigilli spatium non capit, nec vascularium nomina in fibulis occurrunt.

140 Rom (*Deux-Sèvres*) [ibi ap. Blumereau].

DRIN

Jullian-Blumereau *mém. des antiq. de Fr.* 1897 p. 137 ligno expresa.

141 [Reims ap. Foucher].

carnose pendentes

TF‖M aut TERM

Maxe-Werly misit.

142 fibula cius formae quae dicitur *Armbrustfibel*. Arcus desinit ab ea parte, ubi acus infixa est, in aquilae caput, ab altera in canaliculum sedentem aeribus longis; ab utraque parte transilli caput humanum [Berlin in museo ethnographico].

in area litterae est, cum fibula fusa

VIIUCA

Bohn descr.

143 fibula formae antiquissimae. Rep. *Tronoën* prope St.-Jean-Trolimon [ibi ap. du Chatellier].

en relief sur la petit écusson mesuré à sa partie proéminente

MD

Du Chatellier *bull. mon.* 1877 p. 339 cum fibulae imagine in tab. n. 19.

144 *‚ces deux initiales sont gravées sur une fibule'* [Lyon fuit ap. Comarmond].

I·N

Comarmond mus. lap. p. 478 n. 22. Haec nota et sequens aerarii videntur esse ut in praecedente; num revera incisae fuerint valde dubitamus.

145 *‚ces deux initiales d'un très-bon style sont gravées sur une fibule'* [Lyon fuit ap. Comarmond].

M·G

Comarmond mus. lap. p. 478 n. 23.

b) *acclamationes.*

146 *fibule de cuivre jaune* LEB., *agrafe de bronze* CAYL. (*Armbrustfibel* ut Caylusi imago demonstrat). Rep. c. a. 1750 iuxta ossa non combusta Assières-sur-Seine in ripa Sequanae.

ab una parte aeream: DOMINE MARTI VIVAS ab altera: VTERE FELIX

Lebeuf *lettres* (d. 4 Mart. 1752 ad Fenelum) II p. 534; Caylus *recueil d'antiquités* I p. 256 et tab. XCIV, titulum alterum in fibulae imagine (ab hoc Grivaud *antiq. du palais du simet* p. 236, *arts et métiers* tab. XLI).

147 *Armbrustfibel.* Sissy (*Aisne*) [St.-Quentin ap. Eck (videre mihi non contigit, quod erat apud aerarium ut reficeretur)].

ab una parte aeream: VOT FEC ab altera: IOV

Eck *bull. arch. du comité* 1902 p. 238.

vot(um) *fec(it) Iov(inus)*. Eandem titulum cochleari argenteo incisum v. supra n. 10026, 55.

Digitized by Google

10027 148 fibula cum lamella orbiculari aetatis Francicae; affixa est lamella tenuior caelata, in qua figura et litterae. Rep. Dotzheim prope Wiesbaden; ibi fuit apud Luja parochum LINDENSCHM.; *is said to have been found in France* FRANKS errore [ante a. 1853 Londoni venit in museum Britannicum FRANKS, ubi extat BOHN].

Rosae primae adiectae d. Verbrugghen, e. scripturae tenore

litteris barbaris a parte sinistra:
INVICTII ..ONA

a parte dextra:
VIVE FELIX

Bohn descr. Franks *archaeologia* 25, 1853 p. 492 ligno express.; Lindenschmit *Alterthümer* I 1 (1858) tab. VIII 1; Niessen misit.
Vide supra n. 10026, 9 et 74.

---

149 fibula cum lamella orbiculari, cui gemma vitrea inmissa est (*camée en pâte de verre bleu foncé* BEQ.), in qua caput Gorgoneum. Wancennes [Namur mus.].

clara germanis litteris extantibus fricti nonnr. signaculo impressis ut p. errore
CAPVD GORGONIS PERSEVS CONCIDIT Ao

Zangemeister et Bohn descr. Bequet *ann. de Namur* 16, 1883 p. 370 et in tab. ante p. 363 fig. III; Schuermans *Westd. Zeitschr.* 3, 1884 p. 198, ibid. 5, 1886 p. 231, *bull. des commiss.* 29, 1890 p. 275 n. 484 ex Zangemeistari apographo.
capud Gorg[o]nis Perseus concidera(t).

---

150 fibulae argentatae, quae litterae S formam habent.
a Etaples [ibi ap. Souquet RICC., iam Lille ap. Rigaux BOHN].
b ,nuper prope Bonnam reperta est' BERGK.

litteris punctim scriptis
b SI AMAS EGO PLVS

a de Ricci misit de litteris post P dubitans, ed. *bull. des antiq. de Fr.* 1897 p. 340 cum imagine (se mihi ostendere posse negavit possessor).
b Bergk *Schleudergeschosse* (1876) p. 148 not. 1.

---

151 fibulae argentatae, quae formam litterae E habent.
a Niort [Nantes ap. PARENTEAU].
b Badenweiler rep. a. 1786 [Karlsruhe mus. *C* 640].

a SI·ME·AMAS·VENI

b SI ME AMAS

a Parenteau *catal. de l'exposit. de Nantes* n. 73 (inde *Bull. des antiq. de Fr.* 1872 p. 139; Mowat *mém. des antiq. de Fr.* 1888 p. 27 n. 19), idem *invent. archéol.* tab. XIV 10 (cum fibulae imagine n. 9) et p. 34.
b Zangemeister descr. Lindenschmit *Alterthümer* IV 2, 1883 tab. IX 11; Kraus inscr. christ. I n. 12.
Sine causa Parenteau et Kraus fibulas aetatis christianae esse dicunt. — *a* redit in gemma apud Ficoronium tab. I 14. — Titulus *b* imperfectus videtur.

---

152 fibula, cuius ex lamellis litterae contignatae exsculptae sunt; dimidia fere pars intercidit, et acus reliquiae in parte averso demonstrant. Rep. Zugmantel in castello [Saalburg mus.].

1/1

H. Jacobi misit delineatam, cuius etiam supplementa sunt; Bohn vidit.
[am]aris legit H. Jacobi.

---

153 Köln [mus. n. 625].

litteris vitro metallico inclusis
A V A

Zangemeister descr. Aldenhoven *Westd. Zeitschr.* 11, 1892 p. 233.
ava, non *ave* scriptum esse Zangemeister testatur.

---

154 *sur l'axe cylindrique d'une fibule en bronze* (i. e. in parte extrema arcus, ubi fibulae antiquiores aerarii nomen habere solent; cf. infra n. 157. 162. 166. 170). *Le Châtelet* [St.-Dizier ap. Fourot abbatem].

gravé en creux en trois fois caractères
AVII
AMICA
MIIA

Habert *poterie part.* p. 173 n. 1605 et tab. XXXVI.

---

155 fibula, quae pro arcu habet clipeolum ovatum vitro metallico obductum. Reims [St.-Germain mus. n. 24564].

litteris extantibus
AVE VIPI

Bohn descr. Mowat *mém. des antiq. de Fr.* 1880 p. 29 n. 22.

---

156 *agraphe en bronze, incrustée d'émail. Ce joyau représente le bec d'un oiseau.* Poncelle prope Tintigny [Tintigny possidebat JEANTIN mortuus a. 1873].

an abbreviatum?
AVETE

Jeantin *annales de Luxembourg* 8, 1874/75 p. 25 not. 3 (inde Schuermans *bull. des commiss.* 29, 1890 p. 275).

---

157 *petit objet probablement de métal* DESJARD. (ex imagine, collata altera infra ad n. 166 citata, instrumentum partem extremam fibulae arcus esse interpretevis) [Baval fuit ap. Crapes].

DVLC
IS VI
V A S

Nivelean-Meurs album ms. tab. 91 fig. 226, q. n. v. (inde Desjardins *mon. épigr. de Bavai-Domat* tab. VII 7 cf. p. 161).
dulcis vivas; cf. supra n. 10024, 63. 64.

---

158 fibula quae habet pro arcu lamellam argentatam tenuem *en forme de parallélogramme allongé, qui porte 29 millimètres de long sur 6 environ de hauteur.* Etaples [ibi ap. dominam de Rocquigny].

in lamella bis, punctim scr.
ESCIPE SI AMAS

Vaillant *bull. du Pas-de-Calais* 6, 1885/88 p. 179 et 187 cum imagine (inde *procès-verbaux de la soc. d'Abbeville* 1886/87 p. 35; Mowat *mém. des antiq. de Fr.* 1888 p. 28 n. 20), *épigr. Morinie* p. 172 n. 56 (inde Maxe-Werly *inscr. bachiques* ad n. 57 not. 1; de Ricci *bull. des antiq. de Fr.* 1897 p. 340).
Cf. supra n. 10024, 65.

---

159 [Lyon fait ap. Comarmond].

S·GAVDE

Comarmond mus. lapid. p. 431 n. 59 (inde Monfalcon histor. monum. p. 99 n. 430).
s(emper) gaude Comarmond, sed littera singulari etiam nomen indicari potest.

Digitized by Google

10027 160 *fibule en bronze argenté.* Dalheim [ibi ap. Dupaix].

litteris punctim scr.

IVDICIO

de Ricci misit de fibulae forma nihil adscribens. Cf. sequentem.

161 fibula, quae habet pro arcu lamellam quadriangulam. Rep. a. 1899 inter rudera templi prope Dhronecken [Trier mus.].

litteris punctim scr.

IVDICIO TE AMO

Bohn descr. Hettner misit, ed. *Westd. Korr.-Bl.* 1900 p. 154, *Westd. Zeitschr.* 19, 1900 p. 406, *drei Tempelbezirke* p. 50 n. 49 ligno expresse, cum fibulae imagine tab. V n. 47.

Eandem formulam in anulo v. supra n. 10024, 42.

162 Flavion [Namur mus.].

in parte extrema aversa litteris punctim scr.

MI
SCE
MI

Bohn descr. photogramma ab Henkelio missum. Schuermans, cui Bequet misit, *Westd. Zeitschr.* 11, 1892 p. 263.

Eandem acclamationem vide supra n. 10018, 124 in poculis cretaceis, sane alienam a fibulis, nisi hic eam sensu amatorio dictam esse interpretaris.

163 [Lyon fuit ap. Comarmond].

SALVE

Comarmond mus. lapid. p. 431 n. 58 (inde Montfalcon histor. monum. p. 99 n. 430).

164 fibula, quae habet pro arcu lamellam 0,028 m. longam, 0,007 m. altam. Rep. Zugmantel in castello [Saalburg in mus.].

litteris punctim scr.

SPES MEoRVM

H. Jacobi misit delineatam. L. Jacobi *Limesblatt* (1895) p. 436.

165 [Lyon fuit ap. Comarmond].

VALE

Comarmond mus. lapid. p. 477 n. 18.

166 Bouvines [Lille ap. Rigaux].

in parte extrema aversa litteris punctim scr.

QVOD
VIS EG
O VOLO

Rigaux *c.-r. de la soc. de num. et d'arch.* 3, 1872 p. 255, *bull. des antiq. de Fr.* 1872 p. 95 et in tab. fig. 2 (inde Mowat *mém. des antiq. de Fr.* 1872 p. 95 et in tab. fig. 2 (inde Mowat *mém. des antiq. de Fr.* 1888 p. 28 n. 21). Se mihi ostendere posse negavit possessor.

quod vis, ego volo.

167 *fibule en métal blanc* LIEN., *de bronze sauci* MAXE-W.; pro arcu habet lamellam ab utraque parte semimintam. Rep. a. 1856 Naix [Hagenau fuit ap. Nessel ZANGEM., deinde Bar-le-Duc ap. comitem de Widranges LIEN., MAXE-W.].

in lamella III. punctim scr

VROR AMORE TVO

Nessel dedit Zangemeistero. Liénard *arch. de la Meuse* I tab. XXIX 6 et p. 38; Maxe-Werly apud Barthélemy *bull. des antiq. de Fr.* 1872 p. 139, *Barrois* p. 57 ligno expressa. (inde *bull. épigr.* 3, 1883 p. 99 et tab. V; Mowat *mém. des antiq. de Fr.* 1883 p. 27 n. 17; Vaillant *épigr. Morinie* p. 189).

Eandem titulum versibus tribus scriptum in fibula Genavae reperta v. XII 5698, 18.

Quod Jeantin *les chroniques de l'Ardenne et des Wasgenes* I p. 555 dicit de fibulis in colle Géromont prope Gérouville repertis *dont quelques-unes portent encore ces mots: uro amore eius* utrum referendum sit ad titulum nostrum non bene lectum, fortasse ex memoria redditum, ut Schuermans opinatur *bull. des commiss.* 29, 1890 p. 317, an ad exemplum alterum, incertum est.

168 fibula cum lamella orbiculari s. l. [Frankfurt mus. (coll. Beyer)].

circulo scriptum

[illegible] AMORE TVO

Bohn descr. Ex praecedente supplendum videtur [*uro*] *amore tuo.*

169 fibula aenea inaurata (*Armbrustfibel*) orig. inc. [Paris fuit ap. Piot; empta a. 1875 a barone de Meester de Ravestein nunc extat Brüssel in museo].

litteris argentatis

ab una parte arcus: VTERE — ab altera: FELIX

Bohn descr. Hoffmann *catal. de vente d'une collection d'antiquités chypriotes* [d'Eugène Piot] 1875 p. 47 n. 164 q. n. v. (inde Mowat *mém. des antiq. de Fr.* 1888 p. 26 n. 13); Meester de Ravesteyn *musée de Ravesteyn* II p. 9 n. 882.

170 Flavion [Namur mus.].

in extrema parte aversa litteris punctim scr.

IAR
HIC
ODC

Bohn descr. photogramma ab Henkelio missum. Schuermans, cui Bequet misit, *Westd. Zeitschr.* 11, 1892 p. 263 (2 init. s).

Elementa satis certa videntur, tamen non intellegimus.

Fibulae aetatis Francicae lectionis incertae, Liverdun (*Meurthe-et-Moselle*) repertae, editae a Cournault *mém. de la société d'archéologie lorraine* s. II 13, 1871 p. 65 et in tab. omisimus praeter unam supra n. 10026, 74 editam.

III. SVPELLEX AENEA VARIA.

a) *aerariorum nomina*

omnia signaculo impressa praeter n. 204—206, quae litteris exsculptis scripta sunt; praecedunt nomina in manubrio strigilium impressa n. 171—187.

171 strigilis. Rep. prope Mainz [ibi fuit ap. Jehring KLEIN, iam Mannheim in museo].

AGA TO

Zangemeister descr. Klein *Mainz. Zeitschr.* 2, 1859/64 p. 336 n. 180 (inde Brambach n. 1112a 1); Lindenschmit *Alterthümer* II 9 (1868) tab. IV 6; Baumann *Denkstaine* p. 51 n. 341.

172 strigilis. Rep. *au Barrou* prope Cancon (*Lot-et-Garonne*).

marque en haut du manche trois hémisphères

ASEROS

Massip *revue de l'Agenais* 18, 1891 p. 399.

173. 174 strigilis. Rep. a. 1858 infra Mainz *am Dimesser Ort* [Mainz mus.].

CANIVN

Zangemeister descr. dubitans. Klein *Mainz. Zeitschr.* 2, 1859/64 p. 332 n. 172, 1 (inde Brambach n. 1112) et Becker catal. p. 113 n. 11: CANVSI.

Digitized by Google

10027 175 strigilis. Mainz [ibi ap. Jehring KLEIN; iam St.-Germain in museo n. 2931].

GAVI

Bohn descr. dubitans utrum littera prima sit C an G. Klein *Mainz. Zeitschr.* 2, 1859/64 p. 336 n. 160 (inde Brambach n. 1112 *a* 2); de Villefosse *c.-r. de la soc. de numism. et d'archéol.* 6 pars 1, 1875 p. 210; Mowat *marques* n. 45; Coulon *mém. de Cambrai* 50, 1895 p. 55 communicatum a Reinach.

CAVI Klein et Reinach apud Coulonem.

176 strigilis. Mainz rep. ut videtur 1880. [Mainz mus. n. 5023].

IANARI

Bohn descr. Lindenschmit *Westd. Zeitschr.* 1900 p. 400 cum imag. tab. XVIII 19; Körber *Westd. Korr.-Bl.* 1900 p. 107, *neue Inschr.* (1905) n. 61 *b* sere express.

Ianuari.

177 strigilis. Rep. a. 1858 *am Dimesser Ort* infra Mainz [illata museo BECK, postea perisse videtur; nam in catalogo a. 1875 non habet BECK, frustra quaesivit BOHN].

MANVS

Becker *Mainz. Zeitschr.* 2, 1859/64 p. 217 n. 65 (inde Detlefsen *bull. dell inst. arch.* 1868 p. 25 n. 18).

Num recte lecta sit dubitamus.

178 strigilis fracta [Paris mus. n. 2930 (coll. Durand)].

OCVNI

Bohn descr. Coulon *mém. de Cambrai* 50, 1895 p. 52.

179 strigilis [Brüssel mus. (coll. Ravestein)].

PASTOR

bis impressum

Zangemeister descr. Meester de Ravestein *musée Ravestein* ed. II (1884) n. 1005: CASTOR.

180 strigilis. Mainz rep. a. 1898 [mus. n. 6100].

PETRI

Körber *neue Inschr.* (1905) p. 61 *a* sere express.

Petr(*o*)(*ni*) videtur, quod nomen redit perscriptum in strigili musei Veronensis V 8123, 2.

181 strigiles.

a orig. inc. [Paris fuit ap. vicecomitem Beugnot MOW.].

b. *c* orig. inc. [Paris ap. Gréau PROST.; a. 1885 venditae MOW.].

b PHILA *c* PHILARG
R G

a PHILAR

in utroque praeterea signaculo impressum:
malleoli caput destruxi.

a de Witte *descr. de la coll. Beugnot* (1840) p. 115 *n.* 327 (inde Mowat *marques* n. 6).

b. *c* Froehner *catal. de la coll. Gréau* p. 89, *b* n. 402, *c* n. 403; *c* Mowat *bull. épigr.* 5, 1885 p. 219.

Philarg(*yrus*).

182 strigilis [Reinach mus.].

C·POLLI

Coulon *mém. de Cambrai* 50, 1895 p. 56.

Strigiles complures eodem nomine signatas v. XI 6718, 7.

183 strigilis. Köln [ibi ap. Niessen].

SEXTIA

Bohn descr. Catal. Niessen ed. II n. 1303.
Cf. urbanam XV 7084.

184 tres strigiles. Gondelaincourt-lès-Pierrepont (ap. Hidé (domo non indicata) FLEURY; Laon mus. COYL.].

VASNVS

Fleury *antiquités de l'Aisne* I p. 213 fig. 109 (inde Mowat *marques* n. 65); Coulon *mém. de Cambrai* 50, 1895 p. 56.

185 strigilis. *Le manche est argenté et orné de sujets marqués au pointillé; sur la face interne, un gladiateur armé du glaive et tourné à gauche; sur la face externe, un sanglier et un chien affrontés*, orig. inc. [Paris mus. n. 2924 coll. Durand)].

Mowat: T·VENEDI *Bohn:* T·VENEDI

Bohn descr. dubitans. Mowat *marques* n. 22. Mowat laudat titulum lapideum IX 4600 Nursiae repertum, in quo nominatur [*T.*] *Venedius T. l. Philemo.* — Litterae detritae praeter VE incertissimae.

186 *strigile d'une rare délicatesse. La ténuité du manche quadrangulaire large à peine de 0,01 m. et épais de moitié, ne se comprend que pour une main de femme. La longueur est de 0,27 m.* RVELL. Rep. *au Mont Beuvray* [St.-Germain mus. n. 16231].

sigilla tria impressa

a VICCIVS

b *cognomen perscriptum* *b* *Gentilicium nomen*

Bohn contulit. Bulliot *mém. Eduenne* s. n. 1, 1872 p. 237, *fouilles* I p. 65; de Villefosse *c.-r. de la soc. de numism. et d'archéol.* 6 pars 1, 1875 p. 210; Mowat *marques* n. 66; Coulon *mém. de Cambrai* 50, 1895 p. 55 communicatum a Reinach.

Figuram simul cum nomine impressam v. supra n. 10026, 16.

187 [Paris fuit ap. Gréau; a. 1885 emit Mowat, apud quem extat].

CEHCI

Bohn descr. dubitans. Mowat *bull. épigr.* 5, 1885 p. 219 memorat errore hanc strigilem referens ad illam supra n. 181*b* editam.

Legi non possunt sigilla strigilium, quae Pariolis in nummophylacio (*cab. des médailles*) (v. Babelon-Blanchet *catal. des bronzes* n. 1812. 1813) et in museo q. d. *le Louvre* signatae n. 6897, 220—6881 (ex. II) asservantur, a nobis visa; cf. Mowat *marques* n. 70—74.

188 instrumenta formae variae ad res e cera vel argilla fingendas ut videtur destinata (*Modellierinstrumente*).

a Poitiers [mus. soc. (coll. Bonsergent)].

b Trier [mus. n. 19209].

c rep. a. 1858 infra Mainz *am Dimesser Ort* [Mainz mus.].

d [Bonn ap. aan'm Weerth].

d AGATHANGELVS *a* AGATHANGELVS·F *c* AGATHANGELVS *b* AGATHANGELVS

a Espérandieu misit. Bonsergent in schedis ligno expressis (CARANCELVS F); Mowat *marques* n. 25 a Villefosseo descriptum.

b Bohn descr. Lehner *Westd. Zeitschr.* 13, 1894 p. 310 cum instrumenti imagine tab. X 3.

c Zangemeister descr. Becker *Mainz. Zeitschr.* 2, 1859/64 p. 217 n. 64 (inde Brambach n. 1112 *b* 2), catal. p. 113 (inde Mowat l. c.).

d Zangemeister descr.

a. *d* *Agathangelus f*(*ecit*), (*b*). *c* *Agatangelus f*(*ecit*).

Digitized by Google

10027 189 cultellus, cuius manubrium in bovis caput desinit. Beaumotte-les-Pins [Pin-l'Emagny ap. Vaillandet].

ATLVS

Castan *mém. du Doubs* s. V 6, 1881 p. 85 cum cultelli imagine (inde Mowat *marques* n. 30).

---

190 disculi sensi cavi (diam. 0,09 m.) ad margines ter perforati, fortasse librae lanculae.

a Baden [ibi ap. Meyer-Kellersberger ex. II].
b Grozon (*Jura*).
c Mandeure [Besançon mus. ex. II].
d Trier [mus.].
e [Köln ap. Merlo].
f Vechten [Utrecht mus.].
g s. l. [Paris *cab. des méd.* n. 3836].
h s. l. [Paris ap. Frochner].
i s. l. [Berlin mus.].

c, *i* BANNAF *g* BANNAE

b BANNAF *d* BANNAF

h BANNAE

a Bohn descr. Heierli *Schweiz. Anzeiger* 7, 1892/95 p. 461 et tab. XXXVII 14. 15 (MNNAS. MANNAI) cum inceptissima Schneideri interpretatione.

b Guichard *mém. du Jura* s. V 3, 1892 p. 394; Maxe-Werly *revue Belge de numism.* 1897 p. 104 in imagine.

c[1] Vaissier tab. XIV fig. *b* et p. 41 (inde Mowat *marques* n. 34); *c*[2] Vaissier l. c. fig. *c* (inde Mowat *marques* n. 33).

d Bohn descr. Lehner *Westd. Korr.-Bl.* 1897 p. 66 in imagine.

e Merlo s. B. 52, 1872 p. 107: BAMAN.

f Zangemeister descr. Janssen s. B. 9, 1846 p. 27.

g Bohn descr. Mowat *bull. des antiq. de Fr.* 1880 p. 131 in imagine, *marques* n. 34 (inde Maxe-Werly l. c. p. 102); Babeloe-Blanchet *catal. des bronzes* p. 718 n. 2323.

h Dressel ad C. XV 7100.

i Bohn descr.

a[1] littera prima foraminе deleta; F in fine evanida; *a*[2] exemplum male expressum. Exempla alia vide III 6017, 6; X 8072, 11; XV 7100.

---

191 umbo, qui constat ex lamina aenea inaurata ferro inducta. Koblenz [ibi in museo societatis antiq.].

ad margines

BLABTI

Bodewig misit, ed. *Westd. Zeitschr.* 17, 1898 p. 229.

Cf. *Blattii* nominis exempla apud Holder I 450.

192 scapi duo decussatim clavo coniuncti [St.-Germain mus. n. 26115].

in scapo superiore

ab una parte clari: CALVVS F

ab altera: CALVVS F

de Ricci misit.

---

193 specillum [Aachen ap. Esmonda WEERTH; emit Reiling antiquarius Mogontiacensis et misit museo Berolinensi, ut examinaretur DRESS.].

in cochleari

COMITVS FEC

Dressel descr. Aus'm Weerth misit.

Comitus fec(it).

---

194 instrumentum usus incerti (simile vide X 8071, 40 imagine representatum). Vieil-Evreux [Evreux mus.].

ESVGEN

Hirschfeld descr. Bonnin *antiq. des Eburoviques*, *le Vieil-Evreux* tab. XXXVI 28 et p. 17 (inde Mowat *marques* n. 43).

---

195 *petite lame en cuivre; elle s'amincit et se termine par un gros fil de cuivre formé en rond coulant* THED.; *petite fibule* CERES male. Rep. *Graufesenque* prope Millau.

in cochleari

CIVLVS

Thédenat *bull. des antiq. de Fr.* 1885 p. 142 et in imagine instrumenti; Cérès *mém. de l'Aveyron* 13, 1881/86 p. 198: CIVLVS.

C. Iul(i) V . . . Thédenat explicat. — Instrumenta eiusdem formae musei Narbonensis v. XII 5698, 15 et 17, quorum octypa Bohn vidit in museo Sangermanensi (signata n. 8344. 18630); de usu non constat; fibulae certe non sunt.

---

196 instrumentum generis incerti fortasse cum illis supra n. 188 editis conferendum. Rep. in agro Pictonum [Poitiers mus. soc. (coll. Bonsergent)].

IVST·ANVS

Espérandieu misit cum instrumenti imagine.

---

197 gladius ferreus praefractus (sine capulo, qui intercidit, 0,535 m. longus) et tres laminae ad vaginam exornandam, quibus ornamenta a tergo forma impressa sunt: *a* superior formae quadrangulae, in qua quattuor fulgura et duae hastae manu in fascem colligata, *b* media angusta, *c* inferior formae triangulae, in qua duo gryphes, duo delphini, aquila leporem dilanians inter alia ornamenta exculpta sunt; praeterea extat margo, quo vagina ab utraque parte cingebatur. Strassburg rep. a. 1904 *bei der Eisenbahnbrücke am Weissenturmthor* [mus.].

in lamina a ad margines superiorem litteris cetasticis ex parte aversa signatae insculpsit

in tabella cassis

Q·NONIENVS·PVDES·AD·ARA·F

Bohn descr. photogramma ex museo missum; Weigt misit.

Q. Nonienus P'ude(n)s ad ara(m) f(ecit). — *ad aram* intellegenda est regio urbis, in qua artifex officinam habebat; cf. supra n. 10015 in statuaculis cretaceis Coloniensibus similes loci descriptiones *ad cantunas novas* (105. 115), *ad forum hordearium* (108).

---

198 clavus trabalis quadrilaterus. Sens [Auxerre fuit ap. Pouce let, nunc Reims in mus. (coll. Habert)].

infra bullam

T·S·T

Bohn descr. Habert *poterie parl.* tab. XXXVI 1597 et p. 173; *Catal. du musée Habert* (1901) n. 1606.

Cf. infra n. 200.

---

199 signum aeneum (vir barbatus nudus curreus sive saltans) 0,10 m. altum. Rep. a. 1861 Neuvy-en-Sullias prope Orléans una cum equo aeneo supra n. 3071 edito et multis aliis sigillis [Orléans mus.; ectypum St.-Germain mus. n. 29782].

in dextro crure

SOLITO

Bohn descr. ectypum. Mantellier c.-r. *de l'acad. des inscr.* 6, 1862 p. 180 (inde *revue arch.* s. n. 4, 1861 p. 139), *mém. de l'Orléanais* 9, 1866 p. 194 cum imag. tab. VIII; Mowat *marques* n. 61 ex ectypo gypsaceo; Reinach *descr. du musée de St.-Germain-en-Laye* 2 (1894) p. 247 cum imag., titulum a prioribus.

SOLVTO aut SOVTO aut SCVTO aut SCOTO Mantellier; ut supra Mowat. — *Solitus* adest XII 95 et XIII 7095.

---

200 clavus trabalis quadrilaterus. Sens [Auxerre fuit ap. Pouce let, nunc Reims mus. (coll. Habert)].

infra bullam

TAVRI

Bohn descr. Habert *poterie parl.* tab. XXXVI 1596 et p. 172; *Catal. du musée Habert* (1901) n. 1605.

Digitized by Google

10027 201 cochlear cum concha rotunda (in qua quinque foramina) et manubrio brevi et lato. Amiens rep. a. 1855 [London *British mus.*].

in manubrio

Q VRRANI SWI

Bohn descr. *Archaeologia* 39, 1863 p. 509 (inde Mowat *marques* n. 19); Walters *catal. of the bronzes* p. 322 n. 2457 cum cochlearis imagine.

Q. Turrani Suceri(s). Ex hoc sigillo emendanda est lectio illius musei Laibacensis III suppl. 12031, 15 editi.

202 *petit morceau de bronze travaillé.* Rep. prope Auterive (*Haute-Garonne*).

BITV

Carrière *mém. du Midi* 8, 1861/65 p. 349 *bis* cum imag. tab. II 9.

203 *boucle, destinée sans doute à retenir la courroie qui supportait le baudrier.* Montans.

sur une des faces deux mains emprisonnant dégitères une petite figure en relief et le mot grec

ΤΡΙΤΟΣ

Rossignol *bull. mon.* 25, 1859 p. 703 (inde Mowat *marques* n. 64).

204 lamina aenea, vaginae ornamentum scivit., ita pertusa, ut si eam vaginae adneris inter litteras exsculptas corium appareat. Exemplum *a*, quod solum integrum extat, 0,187 m. longum, 0,02 latum est (pars extrema ornata 0,05 lata) vill.rv.; eiusdem magnitudinis reliqua sunt, quoad ex fragmentis cognosci potest, praeter *b* paullo maius (0,027 latum), quod solum utramque partem extremam ornatam habet (0,06 latam) aerarii nomine litteris contigantis scripto.

a Avenches [mus.].

b Pfäffikon [Beromünster *im Chorherrenstifte*].

c Baden [ibi ap. Meyer-Kellersberger].

d Baumotte-les-Pins (*Haute-Saône*) [Besançon mus.].

e Mandeure [Montbéliard mus.].

f [Strassburg *in der Alterthumssammlung* hrr.; ibi empta ab Alexandro Castellani fuit ap. eundem, nunc Paris ap. Froehner nouv.].

g fragmenta deo fortasse eiusdem laminae. Mainz [mus.].

h Friedberg [Darmstadt mus. (coll. Dieffenbach)].

i orig. inc. [Karlsruhe mus.].

e c. 1/1



g 1/1

b 1/1

h AOVISHCGEMELLIANVS F ds

d AQVISHGGEM

i AQVISIEGGE

f SIE GGEMELLIANVS F

a HIGEMELLIANVS F

c ELLIANVS F

a Bohn descr. Mommsen I. H. n. 343, 4 initio nec, ornamentum pro littera accipiens (inde Schumacher *Westd. Korr.-Bl.* 1889 p. 136 seq. n. 2 emendatam); de Bonstetten *recueil d'antiq. suisses*, suppl. I tab. XVII 15 et 16 cf. p. 24; Hagen prodromus novae inscr. Latin. Helv. sylloges (progr. univ. Bernensis 1878) n. 126; Dunant *guide du musée d'Avenches* (1900) p. 74.

b Exhibuimus ex photogr., quod Estermann praepositus canonicorum Beromoensterianorum misit. Keller *Mitth. der antiq. Ges. in Zürich* 15, 1863/6 tab. XVI 13 et p. 155 (inde Schumacher l. c. n. 8); Hagen l. c.; Estermann *Heimathskunde für den Kanton Luzern* 5, 1882 p. 15 memorat.

c Bohn descr. Fricker *Schweiz. Anz.* a. n. 2, 1900 p. 154 ligno express.

d Cantan *mém. du Doubs* s. V 6, 1891 p. 87 ligno express. (inde repetitum *revue des soc. sav.* s. VII 4, 1891 p. 66 et 228 sq. (ex hoc libro Schumacher l. c. n. 1), *bull. épigr.* 1, 1881 p. 294; *Répert. des trav. histor.* 2, 1883 (suppl.) p. 1097 n. 5811, cf. ibid. p. 452 n. 2000).

e de Villefosse *bull. arch. du comité* 1892 p. 223 aere express. (unde imago nostra repetita est) ex ectypo a Duvernoy misso.

f Bohn descr. Von Hefner memorat *Verhandl. des histor. Vereins für die Oberpfalz* 21, 1862 p. 320; cf. Mommsen ad C. III 6017, 2; *catal. de la coll. Alexandre Castellani* (1884) p. 37 n. 334 cum imag.; Schumacher l. c. n. 4, cui Froehner dedit.

g Zangemeister descr. partem priorem. Lindenschmit *Westd. Zeitschr.* 1, 1882 p. 268; Schumacher l. c. n. 6, cui Lindenschmit dedit. Partem alteram Lindenschmit *Alterthümer* III 5 tab. V 7 (inde Schumacher l. c. n. 7); utramque Körber *Mainzer Inschr.* p. 105 n. 102 aere express.

h Anthes misit delineatum. Schumacher l. c. n. 9 ligno expressum, cui delineatum dedit G. Dieffenbach. Adamy catal. p. 65.

i Zangemeister descr. Schumacher l. c. n. 5, idem *Beschreibung der antik. Bronzen im Mus. zu Karlsruhe* tab. XII 54 = p. 165 n. 759.

Exemplum decimum Regensburg rep.: AQVIS ore. HE ore. GEM] vide C. III 6017, 12.

Exemplum *h* nec initio Q nec in fine s habuisse Anthes testatur.

Aquis He(lvoeticis) Gemellianus f(ecit). Exempla omnia usque ad a. 1889 reperta (nostra *c* et *e* postea comparuerunt) Carolus Schumacher l. c. enumeravit, qui primus vidit has laminas ad gladiorum vaginas exornandas destinatas fuisse. — Ex his titulis vici nomen in modum *municipii instructi* (Tac. hist. I 67; cf. huius vol. part. II p. 42), qui hodie *Baden* dicitur, primo palam factum est.

Digitized by Google

10027 205 theca (*Täschchen*) fracta (crassa 0,004 m., lata 0,031 m), quae constat ex duabus lamellis pertusis; para quae extat 0,057 longa est [Brüssel mus. (ex coll. Hagemans)].

litterae exsculptae
BILLICE
[illegible]

Zangemeister descr. Hagemans *cabinet d'amateur* p. 371 n. 96; Juste catal. p. 145 *M* 12 sine inscriptione.
Billier(do fecit) videtur fuisse; idem nomen vasculo fictili impressum v. supra n. 10010, 298.

206 vagina cultelli pertusa litteris exsculptis pro ornamento adornata. Cambrai rep. a. 1868.

CARNVS
FCIT

Bryelle *mém. de Cambrai* 30, 2, 1868 tab. IV, cf. p. 412.
Carnus f(e)cit = *f(e)cit*.

207 lamina duplex, qua cingulum astringitur (*Gürtelschnalle mit Gegenbeschlag*). Rep. a. 1878 Dietersheim prope Bingen in sepulcro Francico [Mainz mus.].

in utraque parte litteris cavis
INGELDVF FICIT

Zangemeister descr. Rieger-Lindenschmit *Korr.-Bl. des Gesamtvereins* 1879 p. 1 in imagine (inde Kraus inscr. christ. I n. 63 et tab. XXVIII 4); Lindenschmit *Alterthümer* III 11, 1878 tab. V 3; Körber *Mainz. Inschr.* p. 131 n. 217 in imagine.
Ingeldus fecit.

b) *tituli varii litteris incisis, punctim scriptis, exsculptis.*

Vide in superioribus titulos sacros signis aliisve rebus inscriptos n. 1426. 1495. 1497. 1514. 1746. 2652. 2656. 2802. 2812. 2846. 2981. 3023. 3071. 3445. 3449. 3527. 3557. 3574. 3968. 4050. 5158. 5160. 5161. 5164. 5172. 5313. 5351. 5356. 5358. 5378. 6097. 7378. 7425, ad imperatores pertinentes n. 1366. 1775. 7418. 7436. 7762, militum nomina in tabellis vel orbiculis (nescio cui rei destinatis; cf. infra n. 214. 215. 220) n. 6271. 6584—6586. 6880. 7060. 7060*a*. 7402—7404. 7433. 7434, dies menseaque notatos n. 2869. 5345. 5955, tituloe varios n. 2867. 4627. 5357. 5703.

208 (= 7329) armilla rep. a. 1893 Hanau in Moeno [Hanau mus.].

DHER
CVKI

Zangemeister descr. ex ectypis stanneis, quae Suchier misit. Thormählen *Westd. Zeitschr.* 13, 1894 p. 282.
D(eo) Herculi; cf. sequentes.

209 armilla alta 0,015; diam. 0,09. Köln rep. a. 1898 [mus.].

H + E + R + C + V + L + I + V

Bohn descr., Poppelreuter misit.
Herculi c(olum).

210 fragmentum lamellae pertusae in orbem sinuatae, 0,028 m. latae; para quae extat 0,085 m. longa est (armilla?). Köln reperta esse dicitur [Worms mus.].

litterae exsculptae
[illegible]
H+E+RCVLI

Zangemeister descr. Weckerling misit delineatam.

211 armilla. Rep. *Kanincheninsel im Bieler See* [Bern mus. n. 14767].

HERC

Bohn descr. *Schweiz. Anzeiger* 2, 1872/75 p. 541.
Herc(uli).

212 armillae; in exemplo *c* inter binas litteras foramen est, idem ut videtur in exemplo *b*.
a Tongern [Lüttich ap. Lecianum Renard].
b [Bonnae possidebat domina Mertens].
c alta 0,009 m., diam. 0,093. Köln [Deutz ap. Schwörbel].
d litteris auratis. Rep. c. a. 1837 Grimmlinghausen [Düsseldorf ap. Guntrum].

litterae bullatae
b H·E·R·C·V·M·A·G·V·
c HΘEΘRΘCΘVΘMΘAΘG
d HERMAG
a HEM

a Bohn descr.
b Lersch III n. 147 (inde Brambach opp. VII 30 inter spurias).
c Zangemeister descr.
d Rein *Stationsorte* p. 25.
Hercu(li) Magu(sano); de hoc deo maxime ut videtur a Batavis culto cf. huius vol. indices.

213 securicula 0,06 m. longa. In terra Rhenana reperta dicitur [Berlin in mus. ethnographico (ex coll. Boecking)].

litteris punctim scr.
CCV
RIO

Bohn descr.
C. Curio supplendum *voto* vel *d(ono) d(at)*; securiculas similes v. supra n. 5158. 5172, cf. titulum Aptensem XII 1063.

214 lamella tenuis formae circularis (diam. 0,042) cum clavo ad figendum. Rep. a. 1890 Neuss in castris [Bonn mus. prov. n. 6600].

litteris punctim scr.
[illegible] FIR·MAX·AIIM·RVF

Dressel descr., ed. a. B. 95, 1894 p. 85 (inde Lehner Novaesium p. 406).
c(enturia) Fir(mi) Max(imi), *Aem(ilii)* aut *Nem(onii) Ruf(*) Dressel de littera prima militis nominis dubitans.

215 lamella praecedenti similis (diam. 0,032). Rep. Ursprung in castello.

litteris punctim scr.
> ATTI
CENSO
RINI

Limes *B* n. 66*a* tab. IV 27 et p. 34.
(centuria) Atti Censorini.

216 cassis. Rep. ad Nijmegen in Waal fluvio [Leiden mus.].

in clipeolo, quod cervicem protegit, litteris punctim scriptis
a in medio clipeolo:
CATVLI
C·API
b ad marginem dextrum.
Ↄ·CATVLI·K·CORNELI

Zangemeister et Bohn descr. Leemans *Verslag*

Digitized by Google

[10027 216]
Rijks Verzam. 4, 1881 p. 54, *Westd. Zeitschr.* 2, 1883 p. 226 et tab. XIII 1.

Easidem gestabat primus C. Apius(?), deinde L. Cornelius uterque ex centuria Catuli; cf. infra n. 223 et cassides III suppl. n. 12031 editas, in quibus una quater inscripta est dominio mutatis.

217 clavis. Neuss in castris a. 1887/8 rep. [Bonn mus. prov.].

in membrorio litteris punctim scriptis

a ab una parte: | *b* ab altera parte:
L·BASSI·CLAVDI | L·FABI·SIC
FABI·SIC | S·BASSI
CLAVDI

Zangemeister et Bohn descr. Klein a. B. 90, 1891 p. 85 *P. M.* 5323 imaginem *a* 1 et *b* 2 non recte; Dressel a. B. 95, 1894 p. 80; Lehner Novaesium p. 405 in imagine.

a et *b* esse titulum eiusdem *L. Fabi(i) sig(nifer)* (*ex centuria*) *Bassi Claudi(i)* (cognomine et videtur ante nomen posito) Dressel recte admonet, idem signiferos teste Vegetio (II 20) peculium militum apud signa depositum servare fusos esse. Clavis igitur fuit arcae per cohortes singulas positae.

218 pars sinistra appendiculae (0,133 m. alti), quae Innulae formam habet (cf. infra n. 247); ex medio dependet altera minor, in qua phallus et manus in obscenum modum formata [Friedberg fuit ap. Philippum Dieffenbach, nunc Darmstadt in museo].

ad marginem superiorem litteris punctim scr.
Ↄ·LONGI·SECVNDI

